




Bonaventure (S.)





# Speculū disciplīe
sancti Bonauenture ad nouicios.



¶ Incipit prologus in speculū discipline seu libellum de minimis ad nouicios sancti bonauenture.

Ad honestatē tendentes / īprimis necessarium habebent vt per exercitiū discipline virtutis titulum citius apprehendere possīt. Nam vt ait hugo de sancto victore. Usus discipline ad virtutem animum dirigit. Uirt⁹ aūt ad beatitudinē perducit ac per hoc inquit exercitium discipline / esse debet nostra inchoatio. virtus perfectior / premium virtutis / eterna beatitudo. Uerum qui disciplinā ī none conuersartionis initio negliscit ad eam postmodum discipline applicat et formam quam primoq̄s recipit / vix deponit. Adolescens nāq̄ iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea Optima viuendi forma eligēda est / quam reddat assuetudo iocundū ¶ Primus autē ad profectū gradus defect⁹ cognitio magnaq̄ omino prudendenti securitas viuendi modum nouisse congruum ꝑ varia rerum et accidentium qualitate nec minimū est contemnere minima que non minima morib⁹ maculā eo turpius neglectu habita ingerunt / q̄ vitari facilius cognita valuerunt. Proinde q̄ spiritu dei aguntur moralib⁹ documentis intendūt q̄ tamen superbi et fatui contemnētes nunc superstitiones / nunc cerimonias vocant aut certe calūnijs fucatis impugnant. nec enim stult⁹ verba prudentie recipit / nisi ea dixeris q̄ versātur ī corde ei⁹ Hic ego tractatul⁹ ꝑ supior ī positionē exat⁹ rudi q̄dē iuxta scribentis ruditatem et intenti exigētiā stilo

ex diminutis quoqꝫ ac nudis ob breuitatem et cõ
pactisqꝫ interdũ sed cõgruis ꝑ morum traditione
sẽtẽtijs edit⁹ nouis christi discipulis ꝑ aliquali spe
culo inspiciendus ꝓponit vt ꝑ pauca sibi ꝓposita
occasionaliter fiant in pluribus cautiores Da sapi
enti occasiõe ait solomõ et addet ei sapientia. At
tendant tñ q̄dã hic a ccipiẽda fore cõiter et magis
et min⁹ ꝑ loco ꝛ tpe obseruãda licet nõ sẏ ꝑ singu
lis conditionum modificatio replicetur. Prudẽs
vt rex varietas exigit ita seaccõmodat tempori nõ
se in aliquibus mutãs sed potius aptans sicut ma
nus q̄ eadẽ est cũ in palmũ extẽditur/ ꝛ cũ in pugil
lũ cõstringitur. ¶ Nec moueat si qua ꝑ iuniorib⁹ ĩ
ꝑtinentia videantur proinde iunior ĩ his sepe que
ipsũ excedũt instruitur. vt senior se ꝓposito appli
cans/ sit q̄ztũ congruit aptior ad agẽda cautior ad
cauenda. ¶ Prolixitatẽ forte tritus si q̄s fuerit ĩ
spector causabit. sed necessariã in expertis dicẽ
dor expressionẽ aduertat nec facile rudes pro q̄b⁹
est opera generalib⁹ posse comatibus. i. breuib⁹ et
in cõpletis sententijs erudiri. aut consisis passĩ ꝑ
ficere paradoxis vnoqꝫ nichilomin⁹ nouerit titulo
multa q̄nqꝫ perstringi q̄ specialẽ requirerẽt expli
cãda tractatũ. ¶ Duas autẽ ꝑticulas principalẽ
vz et incidẽtalẽ hui⁹ operis series hꝫ. Principalis
in duas diuiditur. In quarũ prima de ꝑparatorijs
ad disciplinã ꝛ aliquibus eius affectib⁹ incidẽter.
ĩ scda de ipa pleni⁹ tractat. Preparatoria sũt per
modũ ꝑncipij medij ꝛ postremi. Depositio vetusta
tis stabilitas mẽtis adũs⁹ tẽptatões dyaboli. Et sub
iectõis hũilitas: primũ preparationẽ ĩchoat scđm

continuat. terciū vero cōsūmat. Secūda erit vbiqꝫ maioꝝ et minorum paragraphorum distinctio ad seriei et ordinis euidentiam ampliorem.

¶ De vetustatis depositione. ¶ Ca. i.

Deponendus ē secūdū apostolū vetus hō īduēdus ē nouus quod ꝑfecte implēt qui transitorijs abdicatis non solū pctā verūetiā occasiones fugiunt pctōꝝ veteriqꝫ fermēto ꝑ purā cōfessionez plenius expurgato. in vite nouitate ꝑfecta soli peligūt dño militare. ¶ In odore igitur vnguētorū xp̄i ꝑ cōpēdiosā ⁊ tutā sacre religionis semitā currere cupiētes prius rerꝫ tp̄aliū fasciculos deprimētes abijciāt. vt ab oī tā possessione q̄ꝫ cura penitus expediti/ xp̄m dn̄m expedite sequātur ⁊ nō sint ei tētationes occasio vel ruine. ¶ Nō si añ religiōis ingressū nō fuerint expediti/ post ingressū saltem expeditionē hm̄oi per alias ꝑsonas vel litteras iuxta supis arbitriū q̄ꝫta pōt acceleratiōe procurrent nō expectatis oportunitatibꝰ aut vtilitatibus deceptoriis q̄s frequēter dyabolus sub spē pietatis suggerit: Sūma sit eis vtilitas/ huiꝰ mūdi. cōtennere ꝑꝑ xp̄ꝫ iuxta verbū sctī hieronimi. Nemo renūciaturus sc̄lo bn̄ pōt vēdere q̄ cōtēpsit vt vēderet. Si habes inq̄t in ptāte rē tuā vēde si nō habes ꝓijce. totū xp̄o dedit q̄ seipm̄ obtulit. Post religiōis īgressū cōtinuo dn̄t cōfessiōi faciēde ⁊ va d oībꝰ q̄ ī sc̄lo a puericia cōmiserūt ad memoriā q̄ꝫtuꝫ tn̄ potuerūt studiosa sollicitudine reuocatis gn̄aliter ꝯfiteri. Maioꝝ nāqꝫ cōfessio/ initium est bonoꝝ Ordinis ergo status reiicit res atqꝫ reatus.

¶ De constantia mentis et cautela contra tentationes dyabolicas ¶ Ca. ii.

Quoniam autem pharao persequitur israelem fugientem et contemptus surgit in scandala nunc aperte nunc occulte sub specie boni periculosius temptans faciant quod scriptum est. Fili accedens ad seruitutem dei ista in iusticia et timore et prepara animam tuam ad temptationem. ¶ Solent precipue vires temptationi prebere fluctuatio mentis circa propositum ingressure vel ingresse religionis: tarda tepidaque repulsio et deiectio spiritus desolati. Ea propter imprimis in proposito sancto cor suum omnino stabiliant et conforment ne velut harundo/ diuersis ventorum flatibus agitati vacillent. Optimum est inquit apostolus gratia stabilire cor. Et prosper ait. Quemlibet hominem/ donec se in eo quod elegit certa diffinitione confirmet velut in quodam deliberationis incerte biuio constitutum discerpit ipsa diuersitas voluntatum: Virtus inquit hortatur et prouocat vt diffinitionis ambiguitate deposita propositum spiritale suscipiat perseueraturum se in suscepti labore propositi non sua possibilitate sed domini miseratione confirmet. Cogitet quanti et quante potuerunt et possunt quod se posse desperat. Unde illi potuerunt/ inde se posse firmiter credat. Meminerit illud apostoli. Fidelis deus qui vocauit vos qui etiam faciet et cetera. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem current et non laborabunt ambulabunt et non deficient. Ad hoc temptationum et cogitationum malarum viriliter principiis et absque more dispendio est obstandum. Quod si earum insultus

spiritum inquietent non solum familiaris cōfessor verumetiam fratres alij seniores sunt in adiutoriū aduocandi vt vnius debilitas multorū adiutorio sustentet. Frater qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Qui autē vulnus detegere vel auxilium petere negligit sua nō immerito negligentia perit. Deniqꝫ cū dyabolus serui dei spiritum ꝑ tristiciā deijcere studeat ipsam si quando irrepserit. citi⁹ repellentes christo domino. qui datorem hilarem diligit in cordis leticia famulentur accedentes sollicite ne de sua vnq̄ꝫ vocatione ingrati aut tepidi regratiatores appareāt corā deo: vbi sol radiat gratie nubilū turbationis abscedat. Solet in aqua turbida latere piscaturus animā coluber tortuosus. Maximū inhabitantis gratie signum spiritualis leticia. Porro qui vocātis gratiam nō agnoscit indignū se vocationis fructu cōstituit. Beneficiis ingrat⁹ exhibitis ineptus efficitur exhibendis. Valet quoqꝫ īterdū cōuersis pro anime salute mutatō loci. Plerūqꝫ em̄ dū mutatur locus mutatur ⁊ mētis affectus. Valet pro mentis tentatōibus impulse presidio. Valet pro morum citius ac ꝑfecti⁹ assequendo peculio / extra cognationem ⁊ patriā vel ad tēpus secedere. ¶ Veruꝫ q̄ꝛ ꝑ se nullomodo sufficerent ad machinamenta dyaboli repellenda / ad christum ꝓpter quē oīa cōtempserunt qui ē tētorū refugium ⁊ debilium fortitudo qui se fideliter inuocantibus facit contentatione prouentum vt valeant sustinere crebris supplicationibus et deuotis recurrāt. vt qui eos dignatus est de fornace babilonis eripere / bonum in eis perficiat quod īcepit

Frequens et feruens orõ dissipat omne malũ. Olle feruenti musce non incident.

¶ Quomodo necessaria sit ad discipline susceptionem humilitas. ¶ Capitulũ. iij.

Denique quoniã vt ait hugo. Sicut cera nisi prius emollita fuerit formã nõ recepit sic et homo quẽ ad formã virtutũ nõ flectitur nisi ob omni elationis et cõtradictionis rigore per humilitatẽ humilietur. Necesse habẽt qui discipline cupiunt moribꝰ informari. vt humilitatis radicẽ in corde figẽ studeãt. et tumorẽ ꝓprie volũtatis presũptionis et irreuerentie vitia que a superbia procedere solent tã in re qȝ in signo vigilenti ꝯcaueãt vt humilitas ancille more/ locũ preparet discipline.

¶ De captiuatione voluntatis proprie. ¶ Ca. iiij

Voluntatẽ itaque ꝓpriã ingenti curent studio captiuare. Quid enim ꝓdest sub vnius ordinatione viuentibꝰ qui facultates suas abijciunt si proprias voluntates nõ relinquunt. cũ sit prestantius voluntatibus renũciare qȝ rebus Tota religionis ꝑfectio in voluntatis ꝓprie abdicatione consistit. quare potissimũ ꝑfectionis et discipline industriꝰ appetitor volũtatibꝰ ꝓprijs edomãdis. et presidẽciũ nutui subiugãdis inuigilat. ¶ Profecto in duobꝰ erit subiecte ꝓbatio volũtatis. si vȝ i iiunctis deuote obediat et in agẽdis suis sẽper habere auctoritatẽ obedientie nõ obmittat ¶ Primi hoc ẽ obedientie i iniũctis pȝ necessitas. ptȝ et meriti magnitudo. nã quicquid vice dei precipit homo/ quod non sit tamẽ certũ displicere deo/ hoc omnino accipi-

endum est/quasi precipiat de⁹. ¶ Ad meritū etiā melior est obediētia quā victime sacteqꝫ obediētie holocausto: nichil deo gratius exhibet. Nemo ad pfectionis semitā currendā magis expeditus/ qꝫ verus obediens. Quāobrem obedientie filij se to/ tos ad obediendū exponāt. moxqꝫ vt prelati vocē audierint quasi diuinit⁹ imperetur morā pati nesciāt: sed relictis oībus ad iniūcta queqꝫ fideliꝫ exequēda prōpta deuotione consurgāt vt vicino obediētie pede velut vno momēto iubentis vocē/ facti ꝛ hibitione sequātur. Perfecta obediētia/ impfecta relinquid. Quinimmo nec bonus obediēs verbū expectat vbi de superioris sibi constiterit volūtate. Illum autē optimū dixerim obedientie gradū cū eo aīo opus iniūctū recipitur quo ꝛ precipiꝫ cū ex voluntate iubētis pēdet intentio exequentis ¶ Atqꝫ de maiorū sentētia iudicet quoꝝ officiū est obedire/ ꝛ illoꝝ īplere que iussa sūt. Deinde si ad pfectum volunt obedientie peruenire/ constanct se cum deliberatione proponāt deuote sēper ad oīa obedire. Si quid igitur graue ad impossibile forte iniungitur/ suscipiant quidē cum omni mansuetudine iubentis imperium. Quod si ominosuarū virium pōdus excedat impossibilitatꝭ sue causas et qui preest patienter ꝛ oportune insinuent nō supbiēdo vel contradicēdo vel alias leui murmure resistendo. si adhuc superior in sua māserit sentētia ita sibi nouerit expedire. ꝛ ex caritate de adiutorio dei cōfisi obediāt. Christ⁹ factus ē ꝑ nobis obediens vsqꝫ ad mortem mortem autem crucis. Qui licet ad patrē pro calicis trāslatione clamauerit/ cō

tinuo tamen a adiunxit verũtamen non mea volũ
tas sed tua fiat. Nõ solum maioribus sed sibi etiã
inuicẽ obedientiã certatim ĩpendãt. Incũbit eñi
xpi discipulo/ vt omni petenti se tribuat ⁊ exẽplo
apostoli voluntarios se omniũ seruos ꝯstituãt. Sit
qꝫ vt scriptũ est subiecti inuicem in timore christi.
¶ Secũdi necessitas/ hoc ẽ obedientie in agendis
ne quid videlicꝫ sine obediẽtia ꝑsumat/ qꝛ simpli-
cioribus forte aliquibꝰ minus ptꝫ/ aliquanta vide
tur ꝓsecutione tãgenda. Habenda est plane ĩ agẽ
dis obedientie sancte auctoritas sine qua nec etiaꝫ
ĩpsa bona/ bona sũt volũtas siquidẽ ꝓpria boni vir
tutẽ infirmat. Sanctus bernardus super cantica
ait. Grande malũ propria voluntas qua fit inquit
vt bona tua: bona nõ sit. Iteñ si in die ieiunij mei
inueniatur voluntas mea nõ tale ieiuniũ elegit do
minus nec sapit illi ieiuniũ meũ quod non obediẽ-
tiã sed viciũ voluntatis proprie sapit. Et subdit.
Ego autem non solum de ieiunio sed de silẽtio. de
vigilijs. de orat ione de lectione de opere manuum
postremo de omni obseruãtia monachi vbi inueni
tur voluntas sua in eo/ et nõ obedientia magistri
sui idipm sentio/ minime prorsus obseruentias il-
las ⁊ si bonas in se inter virtutes censuerim depu
tãdas. ¶ Itaqꝫ noui xpi discipuli semetipsos peni
tus abnegantes in agendis suis id est in operatio
nibus locutionibꝰ et rerũ quarũlibet vsu nõ propã
voluntateꝫ sed superiorum in oibus dispositioneꝫ
sequantur. ¶ Pro quibus tñ sit specialis eorũ li-
cẽtia vl' assẽsꝰ habẽdus considerari oportet. ¶ Et
ꝑmo circa operationes videndum. Ab earũ ꝗdaꝫ

cōmunes seu ꝯuētuales q̄dā speciales seu psōales eē noscūť. Specialiū enī q̄dā ad proximū/q̄dā ad psonā ptinēt operātis. Pro conuentualibus q̄ cō mune simul attingūt collegiū exequendi non est li centia requirenda cū ad huiusmodi sit ea tenus su perioꝝ licentia īmo impositio generalis vt ea que siue in choro siue in refectorio siue alibi mō p̄dicto ad vite conuētualis cōsuetudinē ptinēt nullus cō uētualis auctoritate ꝓpria pretereuidantez neces sitatē licite p̄termittat. inde est q̄ ab officio chori ab aliqua vz hora canonica vel a cōi cōuētꝰ refecti ōe āt aꝯuētualibꝰ aliis queq̄ absq̄ licētia remane nere vel assistentē recedere his nec dū ī collegio cō sūmatis nō licet: ¶ Pro specialibus ad proximi alterius fratris necessitatē spectātibus nullum cō munis seu cōuentualis vite/cōsuetudini/aut execu tioni specialiter īiunctorum īpedimētū p̄stātibus nequaq̄z ad superiores sicut nec pro cōmunibꝰ pro licentia dixerim recurrēdū cum secundū apostolū. Alter alterius onera portare et per caritatem spi ritus seruire inuicē debeamꝰ. Uerumtamen tem pore quo conuentualia vel alia iniuncta fieri debēt non sunt preter licētiā specialia seu gratuita huius modi facienda. Illa quoq̄ que ad quotidiana cō muniū officioꝝ obsequia vel ad proximi necessita tem non ptineant corporalem/quale est scribere in quaterno ⁊ alia hmōi similia maxime si occupatio nē ꝓlixiorē īducūt/agenda sunt de superioꝝ assen su. pro spālibꝰ ad psonā opantis spectātibꝰ siue ad carnꝭ mortificatiōez ptineāt vt sūt vigilien imꝭlōge vꝭ abstinētie sigꝭares siue ad exercitū spectāt opis

manualis p se vel p aliū faciendi licētia q̄rat sine q̄re ligios⁹ suas sīgularitates faciē nō dz q̄ppe cui corp⁹ suū hr̄e lz ī ꝓpa volūtate. At qd̄ sine pmissio ne p̄sis spūalis fit p̄sūptiōi deputabit ⁊ vane gl'ie n̄ mercedi: Nec p̄t sibi opari ꝓ volito / siue ꝓ scri bendo siue alia' aciēdo / siue ī reb⁹ suo vsui deputa tis vt sūt libri vestes lecti ⁊ alia hmōi alit īmutan do. In ꝯgrue q̄ꝗ ꝓ vno / res pl'ib⁹ seruitura mutat Fit res frequēt ex mutatōe deterior ⁊ qd̄ michi stu diose coapto aliis discoapto. Nec d̄ opib⁹. nec tn̄ne gaueri ad mima seu exilia q̄dā ⁊ vix reputāda ali cui⁹ me menti solā sufficere ꝯueniētiā p̄latoꝝ. cir ca locutiōez hoc teneāt vt corā supiore maxīe ī ca. sine ei⁹ assēsu p̄ habito n̄ loquāt. alias d̄ necessari is ⁊ hōestis loco ⁊ tp̄e debit loq̄ ꝓut eis ordiatū fu erit poterūt it fratres. locutio v̄o cū ext̄neis. siue se culares lz ffib⁹ obseq̄ntes / siue religiosi q̄lz fuerit ffib⁹ nouiciis ē ꝓbatiōis tp̄e penit⁹ int̄dicta sine ffe ꝓfesso q̄ oīa loquēt v̄ba ⁊ rn̄dēt audiat sine li cētia speciali sine q̄ ad portā nec ad ext̄neos ipis in dulget accessᵒ. p̄sōis tn̄ hmōi si occurrerit poterūt īcliare vl' si locus āt tp̄s loquēdi fuerit ⁊ n̄ poterit subterfugere / bono mō eos breuit salutare. Si de loquēdo secū req̄rat ab eis rn̄dere hūiliter dn̄t se lo quēdi āt morādi licētiā nō hr̄e. Nulla ꝓrsus alia coꝝ audiāt v̄ba nec cū eis aliq̄tenus sedeāt vl' vl teri⁹ cōmoret. sz si locutiōez necessitas exigit vl' ho nestas dicāt ad eos obtēta si poterūt licētia reūsu ros valeq̄ recedēdo poti⁹ faciāt q̄z morādo. De li cētia tn̄ hmōi p̄lato ē cauti⁹ ꝓuidēdū vl' ab ipō tm̄ vl' eoꝝ īstructore q̄ ei ab ipō religōis īgress⁹ p̄alit assignād⁹ sꝫ cū p̄nsī domo fuerit req̄rat ne adiūs n̄

absq̃ vitãd cõfusiõis piculo minꝰ ꝓuide cõcedat.
¶Circa receptõez rex distributõez ⁊ vsũ q̃m a supio-
rũ anc̃te depẽdẽt duo p̃cipue subditꝫ attẽdẽda vi-
dẽt. Primũ vt q̃ dat aliq̃d illð ex officio possit dare
scð3 vt det q̃d c̃ nõ scð3 ꝓpã volũtatẽ s3 ꝓut sibi a
supiore fuerit cõstitutũ nec sufiue dixeri ad offm̃ at
tẽdẽð q̃ em̃ ñ h3 offm̃ administratõis nihil aliis d3 cõ
mutare vł ĩ fraudẽ hox dimittã põt Rursũ ipox of
ficialiũ officia sũt disticta aliis nãq̃ nc̃tariax rex ñ
tñ ꝓcurãdax ẽ distributõ ↄmissa ob illł ãt ñ ẽ absq̃
lĩnia recipiẽð aliq̃d spãle Aliis ãt iux̃ diuſa rex offi
cia cois distributõ rex cõmittit. Ab his cõia ipa si
ordinarie qñ. s. ⁊ vbi vł quõ iux̃ sui limitatõez offi-
ciĩ distribuẽ dñt distribuũt: licite recipi pñt q̃ xo ex
tra ordiario postulat ad lĩniam supiorꝫ recurat. pre
ter cõia subp̃dicta q̃cũq̃ r estaliq̃3 occulte sie supio
rũ assẽsu r̃cipit h3 vł vtit a religiõis ðlirat licẽtiã ⁊
q̃cq̃d h3 male h3 Porro cũ illð ꝓpriũ eẽ dicat de q̃
disponẽ l3 iux̃ ꝓpã volũtatẽ oi assẽsu alio circũscri-
pto ñ paup s3 dñs r̃putãdꝰ vr q̃ rẽ q̃3cũq̃ aliĩ distri
buẽdo vt lib3 sine supiox anc̃te dispẽsat Res sũt q̃
dẽ cõmũes s3 usꝰ dispõ ptinet ad p̃latos vt p eox cu
rã sigul iux̃ mod ⁊ regulã sibi a scis aplis ↄstitutã3
ꝓut vnicuiq̃ opꝰ fuerit diuidãt vsurpatꝰ ãt sie lĩnia
rex vsꝰ cłpabilr tenereq̃ p̃suit ⁊ ꝓrsꝰ illicite ven-
dicat Statutũ quoq̃ r̃ligiose mãcipatõis euadit
q̃ ĩ vsu ꝓpo rẽ aliq̃3 siue a parẽtibꝰ siue a q̃busð ali
is recipit ãt qð maiorꝫ cłde recepta occultãs supio
rũ iudicio ñ eõponit. Qui rẽ sibi collatã cellauerit
sctũs augu. eũ furti cẽset ĩ iudicio cõdẽnãdũ: Nul
la em̃ res quam supior non dederit aut per miseri t
est licita ꝓpriũ abdicanti. ¶Sunt qui oblata sibi

sensui non preferant aliorum nec de bonis a deo si
bi collatis inaniter extollatur imo in tantum cete-
ris se inferiores et viliores ex intimo credant affe-
ctu vt nec se aliquid etiam esse existiment. Nempe
scdm apostolum qui se existimat aliquid esse cu ni
chil sit. ipse seducit. Neminem spernant. neminez
iudicent cum frequeter humanu fallatur iudiciuz
At beato augustino teste sepe species facti se aliter
habet aliter animus facientis pie de omibus que
occurrerit sentiant licet rei no intelligant ratione.
Omnia peruerse psit puertere mentes. Exterioris
presumptionis z supbie notaz in omni actione sua
gestu z verbo summo studio fugiant que humilita
tis sunt omibus amplexantes. ¶ Pretextu actio
nis presumtionem in officio z i locis euitent.
¶ In officiis plationis vel ordinis aut in aliis que
aliqua videtur superioritatem hre nichil sibi vsur
pent. Liber a culpa n est qui alienu vsurpat officiu
¶ Presete superiore vel alio fratre maiore q ipi
fuerit ordine constituto ad incipiendum extraor-
dinarie officium ad benedicedum cibum vel potu
ad dandum fratrib9 aquam benedicta vel ad alia
huiuscemoi se nullatenus igerat ¶ Ad diuinu qq
officiu nequaqz post seniores vel alios maioris or-
dinis gradu promotos proprio legant iniectu quo
niam quidem nullus omino in minori ordine con-
stitutus/ post aliu maioris ordinis pmittendus est
legere nisi i necessitiate cogente vel legentium ordi
ne pmutato vt in aliquibus festis fieri solet/ preter
qz in omelia quantu ad pmaz lectione/ qua ratione
euangelii dyaconus legere solet. Lectiones autem

sed prelato mos deferēda recipere licitū existimāt
sed regulari priuato receptionem occultā nō dixe-
riz esse tutā. In comodādis pro eo habitātiū indi-
gentia rebus nō est lex posita charitati. Possū rez
fratri petenti exponere concedendā nō tamen im-
pendere vendicādā. Proinde fratres nouicij nul
latenus sine licentia nec a se inuicē neqꝫ a fratre ne
qꝫ a quocunqꝫ hoīe rē aliquā siue tabulas siue acū
siue aliquid quodlibet accipere. aut dare attēptēt
aliqua ratione. Sic nec litteras ad se missas recipi-
ant: aut aliquo casu receptas aperiant que a porti
tore vel eo q̄ receperit eas prius debēt ad superio-
rem vel si supior ordinauerit ad eorū īstructorē de
ferri. Sic nec rem alternis fratris vsui deputatam
preter ipsius fratris cōscientiam occupare licebit
¶ Genus est furti ⁊ plerunqꝫ turbationis occasio
re fratris vsui deditam eo si ad sit inscio detinere.
¶ Potest fidelis seruus ⁊ prudens nonnulla ꝓ lo
co ⁊ tēpore facere/ de tacito vel probabiliter presū
pto superiorum assensu ad ipsum deniqꝫ finaliter
acta queqꝫ per ausum huiusmodi relaturus. ¶ De
cetero quicq̄d religiosꝰ boni facit aut dicit q̄d suo
non nouerit displicere prelato a vere obediētie me
rito non fraudatur. ¶ Felix hec seruitus imo glo-
riosa libertas/ qua quis sponte in regiam venditꝰ
seruitutem deum et eius vicarios potius q̄z seipsū
super se regnare constituens sue prorsꝰ renunciat
voluntati.

¶ De presumtione tam in re q̄z in signo. ¶ Ca. v.

Resūptionem interiorem et exteriorem sum
mopere fugiant. Interiorem vt sensum suum

que de omelia supersunt non sũt ab aliis facile q̃z a sacerdotibus presumẽde. ¶ In choro pro dissonãcia forte cantantiũ vel ob aliam huiusmodi causã manum ad forman percutere in mẽsa ictu cultelli vel quomodolibet alit̃ signũ cũ sono facere ab eis tantũmodo fiat quorum super defectibꝰ chori vel mẽse itendere spectat. nec huiusmodi facile debẽt ab aliis vsurpari: Multa eñ sũt superioribus licita que rep̄hẽsibiliter ab aliis presumerẽtur. ¶ Adhuc quia nouissimũ eligi locũ magister ip̄e hũilitatis hortatur locis semp̱ nouissimis nouicij gaudedeãt. At nũq̃z in choro vł mẽsa seu alibi ad prima se igerãt loca sed ad ea potiꝰ adeo caute ac sedula si valuerit prouisione declinẽt vt vix ab aliis perpendãtur. Alias oĩno caueant ne congregatõis ordinem turbent ⁊ fiant inter alios pro tumultus occasione notabiles. Cauendũ proinde ne dũ vitatur ꝑsumptio inordinationis accedat cõfusio. vitãda ẽ vbiq̧ disconuenientie nota maxime ĩ cõgregatõe Locus vero superior ad quẽm necessitas vel superiorũ trahit inductio presumptionis viciuz non inducit. Porro molesta est humilitas q̃ contentioni deseruit. ¶ Si quãdo iuxta superiorez vel alios seniores necessario sederint nõ se nimis applicẽt iuxta eos. Juniori siquidez aliquam a seniore distãtiam/reuerentie ritus indicit: Antiquior autem frater in ordine vel alius in officio p̄eminẽs/licet etate sit iunior senior appellatur. Etas senectutis vita ĩmaculata. Presumptionẽ in gestu elatum caput sublimiores oculi facies vultuosa declarant. Nã vt ait prosper Erecta ceruix ⁊ truces oculi ⁊ sermo

terribilis nudam superbiam clamant Sed q̄ztum per menbrorum ministeriuz potest dep̄hendi/ prima superbie ostentatio in oculis esse solet. Qui inclinauerit oculos suos ipse saluabitur. Secunduz nāq₃ euangelium si oculus tuus fuerit simplex/ totum corpus lucidum/ econtra si neq̄z totū tenebrosum. ¶ Presumptio etiam gestus in signis et nutibus frequēter agnoscitur. vt exēpli gratia. si q̄s in choro vel alibi ꝓ fratrū defectibus satirice nubiluz vultuositatis assumat vel leui cachinno. i. risu vel motu capitis. oculorum circūlustratione narium ꝯtractione. labiorū cōpressione vel alio quouismō defectū fratris tacite arguat vel subsānet. si errante in choro vel in mēsa lectore submusitet āt circūspiciat. quasi eum defect⁹ legentis non lateat q̄d frequēter facere solēt etiam min⁹ docti. In locutione etiam notatur presumptio/ si q̄d d̄r non ꝑtinet ad dicētē āt dicendi modus aliquem supbie ipū pretendat. āt proloco tp̄e ⁊ ꝑsonis fuerit a locutione cessandum. Propter primū/ huīlis frater de alienis factis inquirendis se nullaten⁹ītromittat. Alios fratres docere/ regere/ arguē/ vel eis aliquid imponere n̄ presumat. q₂ hoc esset senioꝝ vel superioꝝ officiū vsurpare. Surperb⁹ aūt vt ait sāctus Ber. pr̄ia die qua ingreditur habitare/ īcipit leges dare. Pōt tn̄ frater si sup aliquo cū instantia requirat̄ petētib⁹ sup interrogata huīliter rn̄dere vł īsignuare q̄d sētit. ita tn̄ vt ꝯ resistētes dicta sua ꝑtinaciter nulla ratione defēdat Qui etiā alij̄ supiris mādatū īsinuat sup aliquo faciēdo/ mādati auctoritatē cū huīlitate ꝓponat ne q̄d denūciat ipse īponere videattur Si ꝓpriū cogatur recōmādare

officiũ nequaq̃ȝ imperiũ imponentis vsurpet. sed id supleri a socijs ob secratione huili obtineat. Presumptionem ergo euitat prudens humilitas. presumit tũ interdum humiliter viscerosa et prouida caritas. In mõ loquẽdi vitium p̃sumptionis inuiẽ[illegible] illud qđ dr̃ iactãter/impetuose/clamorose/cõtẽtiose/despectiue/vel nimis rigide pponatur. Suauiter enĩ ⁊ hũiliter est loquẽdũ. Rursꝰ qui loco. tẽpore vel qui loco silẽtij aut in superiorũ seniorꝫ aut cõuentus presẽtia nõ cõprimit linguã suã/presumptuosus ⁊ itemperatꝰ merito iudicatur. ¶ Loqui tñ in medio magnatorũ nõ p̃sumas ait sapiens. Et iterũ in medio seniorꝫ non adiicias loqui. Hoc precipue intẽperãtie ⁊ p̃sumptionis est nota/si nouus frater in ordine/vel iunior q̃spiaȝ seniore presente sine ipsius nutu maxime corã extraneis loqui aut respondere presumit. nisi ex officio vel cõmisso habeat prius loqui. Temperantia est ait prosper ꝙ prestamus loquẽti seniori silentiũ. qđ ipsius ad loquẽdum p̃stolamur impiuȝ. In presẽtia vero cõuẽtus nullum cõuenit loqui sine requisito supioris assensu/nisi tm̃ se accusando. vel ad interrogata a superiori vel corrigenti ad mensã breuiter ⁊ hũiliter respondendo. ¶ Et vt breuiter voce sancti bernardi presumtuosum agnoscas. Prius ait in conuẽtu residet. In consilijs prius respõdet nõ vocatus accedit nõ iussus se intromittit. Reordinat ordinata reficit facta. Vilem se si non emineat estimãs ⁊ humile esse inter alios erubescens. In locis et ceteris ijs que honorem redolent/se quibuslibet alijs parisicare contendit. Audax ipse ad quelibet sit frõtosus ⁊ imprudens/quod est maximũ viciũ in nco=

phito et iuuene religionis confusio iuuenis presũptuosus et effrons. Reprehensibilis maxime in iuuene presumptuo quẽ magis humilitas stabilit. verecũdia ornat. venustet simplicitas. timor isignit et aptum efficit/disciplinae cui⁹ initiũ est. Qui sine timore est non poterit iustificari.

## De irreuerentia. ¶ Ca. vi.

Irreuerentie deniqȝ vicium est humili dei seruo vitandum cum scriptum sit. Qui honorem honorẽ. Et honore inuicem preuenientes. ¶ Attenditur irreuerentia respectu personarũ/loci sacri/ et temporis officij diuini/et rerum eidẽ officio specialiter ordinatarum. De reuerentia prelatis aut alijs fratribus. etatis aut prioritatis aut diuturnitatis in ordine/ gratia/ sanctorum dicta patrum et vera humilitas que non solum prelatis et senioribus verumetiam equalibus ⁊ inferioribus se spontanea subijcit voluntate/ plenius docent. et ei⁹ oppositum detestantur. Non senioribus tantum immo et omnibus honorem petrus apostolus sentiebat exhibendum. Deferre humiliter socijs honorẽ charitatis est fraterne fomẽtum/conscientie bone/ illustrisqȝ animi euidens argumentum. Uix nisi socio deferas/ cum ipso ꝓficies. Et precipue conuentui et superioribus deferendum. Conuentus qdẽ venerabilis. imo terribilis vt castrorũ acies christi ordinata. De superiore sapiens ait. In medio fratrum rector eorum in honore. Istis quanto maior est reuerentia exhibenda/ tanto etiam maioris offense arguitur irreuerentia circa ipsos.

¶ Sane committendo et obmittendo irreuẽtie

ad ipsos non contrahitur. Committendo si corā eis inordinatum quippiam deliberate attentetur. vñ non decet coram conuentu/in claustro vel alibi residente/sine debita maturitate et honestate q̄ztum ad menbrorum et habitus dispositionem transire vel e idem transeunti occurre/si ab eo valeat comode declinare. aut tumultum facere coram eo. Magnus vtiq̧ reuerentie cultus conuentuali congregationi debetur. quem qui musitationibus seu cachinuis. alia ve clamoris vel dissolutionis lasciuia soluere non veretur/aut attrita fr[illegible]nte superbus/qui artari silētio dediguatur/aut honestatis et religionis ignarus liquido comprobatur. Quod autem superiore presente agitur minus religiosc vel dicitur quid eo turpius? Propter hoc qui mala in eius presentia committere nonveretur/ipsum irreuereri et inhonorare coniuncitur/magis antem si eum scienter per alicuius insolentiam facti vel importuinitatem verbi temeratio ausu molestat. Immo de necessariis docet beat⁹ benedictus q̄ si qua requirenda sunt a maiore cum omni subiectione et humilitate reuerentie requiratur. Cum ipso autez prelato cōtendere nephas est et execranda in subdito irrencrentie turpido. Deniq̧ tam circa prelatos q̄z circa alios seniores cauēdum ne inatrecatione lo cutione officiorum recommendatione ne similibus alique ad eos vel signum vilificationis appareat ¶ Nunq̄z iunior frater ad seniores fratres caput aures vel faciem quasi applendendo vel ob aliā quēlibet causā nisi necessariaz manū apponat vel aliter cū eo facto vel verbo minus reuerēter locetur. ¶ Quando seniores sibi presentes alloqui

tur & si forte aliquando eorum nomen propriuz ip
sis quidem ex reuerenttia supprimendum necessa
rio nominat semper tamen cognomen subticeat ni
si propter astātes equiuocum specificare cogatur.
¶ Seniorū auribus nomen eius proprium vel co
gnomē nisi ex causa iunior irreuerenter inculcat.
Uerum licet in vilitatis notam nomen proprium
exprimi ex amore vel reuerentia suprimi scriptu=
ra innuente nouerimꝰ siue vicio tamen palam se=
niori qus ipsis exprimitur quando irreuerentie no
tam. mos modus et congruentia redimunt. Sepe
quod erat in congrum necessitas gratia/ vel consu
etudo conuertit. ¶ Sapit autem vicium si ad te
verbo vel nutibus superiorē acersis ad quē est tibi
facilis aut liber acessus. honestius enim ad eū cui
reuerentiam debes tu accedis q̄z ipsum ad te acce
dere facis. ¶ Nullus etiam frater est puro nomīe
appellandus/ sed proprio nomini apponendum ē
semper re ligiose prenominationis insigne: Sed
nec solo cognomine vel nomine patrie patrie puta
lumbardus vel gallicus frater est aliquis nuncu=
pandus. ¶ Humilia et laboriosa officia recommē
dari coequalis & iunioribꝰ maxime cōuenit. Quod
autem suum quisq̄ officium suo dumtaxat compa
rari vt acollitus acollito. subdiachonus subdia=
chono et sic de aliis recommendet/ in officio specia
liter diuino locum habet. vbi personarum non q̄=
dem acceptio visiosa sed ordinata discretio iuxta
cuiuslibet statum et ordinem est habenda ne ordi
num sanccita patrum auctoritate distincio confū=
datur. Propter hoc et si cantoris officium ad fra
tres nouicios nullomodo pertineat si tamen ad

hoc ꝑ superio ꝛ cogantur ꝑcaute ꝓuideant q̄z le-
ctiones/responsoria/et antiphonas distribuant or
dinate ordinum gradibus obseruatis primas an-
tiphonas maioribus prelato vel hebdomadario
vel sentiori alicui sacerdoti . vel quando nos hab3
minoribus in vesperis/nocturno ꝛ laudibus offe-
rentes . Deinde post vnum vel duos si oportuerit
fratres gradus eiusdē ad alios ordinate secundū
gradus ordinum ꝓcessuri. Nec facile diuersorum
in ordinibus graduum fratres combinant aut mi
nora officia in maiori ordine cōstitutis imponant
Prius quoq ordinatos alijs preferendos iura de
cernunt nūq̄z ordinum confusionem in choro/ reli
gionem putēt/cum id magis abusionem. irreuerē
tieq obnoxium esse cōstet. Omnia inquit aposto-
lus honeste ꝛ ordinate fiant in vobis. Et in paral
pomenon de ministris dn̄i dr̄ q stabant secundum
ordinem suum ī ministerio. ¶ Si quis sediliū cho
ri dūtaxat ordinem sine alio ꝑsonarum delectu in
hm̄ōi estimat obseruandū/penset si a carpentarijs
constructus lignorum ordo in sedilibus sit ordini
preferendus ecclesiastico. In ꝑsonis seruandum
in ecclesia eccl̄ie ordinem/decreuit auctoritas eq-
tas et honestas. Omittendo/notam irreuerētie q̄s
incurrit qn̄ senioribus ꝛ maxime prelatis honorē
vel obsequium debitum aut in obsequio ipso ne-
gligit reuerentiam exhibere. ¶ Aliqua de hoc po
tius expressione patebunt. ¶ Honeri quis detra-
hit si eis humiliter non asurgit vel eis astantibus
ipse sedet. Si deficientibus in choro vel alibi sedi
bus/locum eis non offert si eis in choro/in mensa
in sedendo/eundo et huiusmodi ꝑ. si commode po-

test non cedit. ¶ Obsequio detrahit si hec eorum personis/ quando palam egent non exhibet. Si eis in aliquo humili vel laborioso officio in sui p̄sentia occupatis se ad id faciendum vel coadiuuā dum non exhibet. Si quod a se ex officio pertinet eis ad faciendum dimittit: ¶ Expedit itaq; vt iuniores fratres senioribus fratrib⁹ humiliter deferentes eos in his que pure sunt oneris non honores agenda siue ad alia humilitatis officia studeant p̄uenire. ¶ Ad prouidendum de lumine ac libris in choro et extra. Ad officium beate virginis quantum ad inuitatorium ⁊ lectiones cū plane dicuntur. Officium quoq; mortuorū quātū ad primas lectiones necnō ad horarū versiculos vbi ad hec dicēda presens nō fuerit specialiter aliquis assignatus. Ad offerendum aquam pro manibus abluēdis. Ad leuandum mensas finitis gratiis ⁊ ad ministrandum celebrantibus et altari. quotiēs necessariū fuerit ex officio suo. siue in minoribus siue in sacris fuerint ordinib⁹ constituti solliciti sint et prompti / nec ista aut similia senioribus facienda derelinquant. Erubescat diachon⁹ vel subdiacon⁹ vacās ⁊ nō obtēdēs/ offm̄ qd̄ apte potest dimittere vel differre. sacerdote, ad missā vice diaconi vel diacono p̄ subdiacono ministrāte. Nec magnū ē si hebdomadas casu cōtinuet. Grauiora passi cōtinuāt officia. Debetur cuilibet ordini grad⁹ suus/ nec de gradatioribus est agendum nisi forte aliud congrua interdum causa deposcat

¶ In obsequiis eorū maxime qui vice xp̄i nostrarū sunt aīaꝝ custodes/non est reuerentia obmittēda per caputij abstractionē dum eis ministramus aut loquimur. qua per humilem corporis inclinationē pro loco ꝛ tp̄e vel alias per humilem obsequendi modum ostenditur. Superbus aūt vt ait ꝓsper nō obseruat in obsequiis reuerentiam. Stolidis q̄busdam decretum est nulli deferre. discretionem personarum ꝛ gradum non curare. Curantibus nunc adulationis nunc acceptionis personarū crimen īpingere. At admodum confusionis amici/ vt superioribus de superbia caueant sibi non cauent. Sedum irreuerentie vicium/ pro religione ostendunt ¶ Humilitatem maioribus exhibendū euangelij sanctio et professio nostra commendat. Nusq̄z tn̄ recolo superbiam/ aliis seu temerariā paritatis vsurpationē indulgent. Senioꝝ est vtiq̄ꝫ vt humiliter sentiant. Venerationē nō appetant. humiles se aliјs ac sociales exhibeant. Sapientis est consilium. Quanto magnus /es humilia te in omnibꝰ Sapientie vero preceptum. Qui maior est vestrū fiat sicut iunior. Et petrus cum dixisset. Adolescētes subditi estote senioribus. Pro vtrisq̄ꝫ intulit. Omnes inuicē humilitatem insinuate. ¶ Ceterū cū oī indifferenter ꝑsone/ humilitas sit quedā turris fortitudinis a facie inimici/ nescio quopacto tn̄ vis eius maior est in maioribus et clarioribus clarior comprobatur. ¶ Porro non solum respectu personarum vt dictum est verumetiam respectu loci vt est ecclesia maxime circa altare irreuerentia est vitanda. Circa altare vt cum ad ipsū accidit maturior ꝛ humilior gestus accedentis et maxi-

me ministrantis deuotionē ostēdat. nec aliquis cū impetu vel honestate accedat. In ecclesia vero cauendum ne quanuis extra canonici tempus officij loquendo vel ridendo. vel aliquo quouismodo minus honeste aliquid fiat/ In aulam regiam ingressurus ait sanctus crisostom⁹ oculis incessu/ τ habitu te componis τ in ecclesiam in gressurus que vere est aula regia rides. ¶ Est etiam sacro tempori hoc est dñicis diebus τ solenniorbus deferendum vt in eis a communi operū occupatione cessetur et diuinis officijs attensius insistatur. Nam vt ait. hugo. Festi dies aliud studium τ alium conuersandi modum exigunt. atqꝫ alium hi in quibus licet operari exposcunt In illis inquit nos optz ad celebranda misteria diuina deuotius intendere atqꝫ in orōnibus diutius pseuerare oēm deniqꝫ actum et oēm motū cordis pariter τ corporis diuino misterio mācipere atqꝫ vt ita dicam quadam conuersationis nouitate festos dies honorare. In ceteris vero diebus in quibus operari licet nullus om̄no ocio sus apparere debet: ¶ De irreuerentia in diuinis officijs τ rebus ad ea spectantibus euitanda / īfra per reuerentie positionem agetur.

¶ De disciplina in generali. ¶ Ca. vij.

Dicto de preparatorijs ad disciplina τ aliquibus eius effectibus incidenter sequitur vt de ipsa pleni⁹ exprimem⁹ q̄ vetustate deposita aīoqꝫ cōtra hostis īsidias stabilito sup radicem hūilitatis cōsurgit. Primo in generali qd sit q̄ sit eius vtilitas. qualiter ad eius pueniat noticiam. τ de ipsius custodia deinde in speciali dicamus. ¶ Disciplina ē vt ait hugo. Conuersatio bona τ honesta cui pa=

rum est mala non agere/ sed studet etiam i his que bene agit per cuncta irreprehensibilis apparere. ¶ Item disciplina est omniū membrorū mot⁹ ordinatus est dispositio decens in omni habitu et actione. ¶ Audistis inquit disciplina quid sit nūc attēdite q̄z vtilis ⁊ necessaria sit. ¶ Disciplina est malorum desiderior carcer/ frenum lasciuie elationis iugum qui domat intemperentiam leuitatem ligat/ et inordinatos motus mentis suffocat. Sicut enim de inconstantia mentis nascitur inordinata motio corporis/ ita quoq̄ dū corpus per disciplinā stringitur/ animus ad constantiā ꝯsolidatur et paulatim intrinsecus mens ad quietem componitur/ cum per discipline custodiam mali mot⁹ foras fluere non sinuntur. Sed qui statum mentis ꝑdit/ subsequenter foris in cōstantiam motionis defluit atq̄ in exteriori inobilitate indicat/ q̄ nulla iterius radice subsistat. Unde per salomonem dicitur. Homo apostata/ vir inutilis graditur ore ꝑuerso annuit oculis/ terit pede/ digito loquit̄. Scientiam que ad institutionem recte et honeste viuēdi pertinet/ multis modis hominem colligere ⁊ cōparare sibi oportet partim ratione. partim doctrina partim exemplo partim meditatione sanctarū scripturarum partim assidua inspectione operuz et morum suorum. Hoc nouissimum maxime fortassis preceteris necessariam vt .s. homo in omnibus operibus suis sit circumspectus et prouid⁹ et quotidiana discutione cogitationes/ locutiones pariter et facta sua apud seipsum examinet. ¶ Sapientes quippe semper agendo discunt et per ex⁹ercitium bonorum operum quotidianis profectet-

in maiorē virtutis agnitionem excrescunt. Per experientiam namq3 eorū q̄ que faciunt ad ea que postea agenda fuerint cautiores fiunt. At quamuis in nullo loco disciplinam suam homo deserere debeat diligentius tamen ⁊ magis sollicite ibi ē seruāda vbi neglecta generat scandalum vł custodita bone imitationis exemplum. ¶ Hinc discernendum erit que sint illa que in disciplīa custodiēda nunq̄3 intermitti ⁊ que rursum illa sint que pro loco et tēpore/ nunc intermitti/ nunc exerceri volunt. Sepe tamen etiam illa que in publico necessaria sūt/ prius in secreto exercitationis vsum exposcunt. quia si prorsus ea in oculto negligimus vti post modū3 eis dum opus est in publico non valemus. et tunc aut prorsus a disciplina deficientes intuentibus scandalum facimus/ aut inepte id quod in nobis non est simulare conantes irrisionem excitamus.

¶ De disciplina in speciali.

Iam de disciplina ī speciali inter fratres ⁊ extraneos seruanda videndum. ¶ Inter fratres p̄mo de disciplina circa spiritualia quedam. deinde circa corporalia. ¶ Circa spiritualia vero. Primo q̄3tum ad amotionem mali et q̄3tum ad positionem boni. Quo ad amotionem mali/ erit p̄mo de disciplina circa confessionē priuatam/ deīde circa publicā attēdēdū. At cū disciplīa per hugonē3 vt dictum ē/ bona ⁊ honesta conuersatio describat in dicendis igitur de ea/ ad bonitatem simul ⁊ honestatem considerationis est oculus dirigandus.

¶ De disciplina circa confessionē priuatā. Ca. ix.

De quotidianis offensis sine quibus hec vita nō ducitur facienda ē cōfessio de p̄uatis priuata/de publicis publica ꝛ nichilominꝰ q̄nq̃ priuata. Attendēdū ē de cōfessione priuata quibus quotiens/quando/ꝛ vbi fieri debeat. et que sit circa eā nouis fratribus disciplina seruanda. ¶ Debēt superiori vel si ipse ordinauerit instructori suo/et nō alij nisi in eius absentia ei tm̄ quem superior vel instructor de superiorꝫ assensu eis duxerit assignādū tribus vicibus in qualibet hebdomada vel pluries scd̄m qd̄ necesse habuerit indicto sibi tp̄e ꝛ loco ꝓ sacramēti reuerentia cū diligētia cōfiteri. ¶ Nū q̄ꝫ eis placeat vicaria confessoris mutatio vt nunc vni confiteantur nūc alteri quī potius si q̄n id cogat necessitas/notabilia deinde ad principalem referāt cōfessorē. Licā tm̄ deuotionis eadam pluribꝰ p̄nt ꝯfiteri. Aliter nō est cōsciētie ordinate seu pure varios querere cōfessores. Fit tm̄ salubrit̄ vt cui de pctīs p̄teritis semel generaliter q̄s est confessus de quotidianis etiā confiteatur eidem. vel nouo si heserit suorꝫ denuo vulnerū pfecte aperiat corruptelam. ¶ Disciplinam circa cōfessionez discretio. puritas ꝛ reuerentia ꝓbant. ¶ Habeant discretionis cautelam vt anteq̄ꝫ ad confessionem accedant diligenti super confitendis consideratione prehabita offensas prius suas speciales dinde alias seriatim ꝛ breuiter sine culparū ꝛ verborum replicatione inutili ꝓsequentes confessionē suā sub p̄ma et vltima culpe nominatione concludant. Aliqua tm̄ deuotioni īterdū vel conscientie replicatio indulgetur. ¶ Sit et pura confessio vt confiteantur sim

plicitur deuote sine excusatione vel accusatione si
ne nominatione alterius de quibus habuerit co=
scientiam remorden tem. Nec specialia passim sub
generalitate pertranseant. Te mptationes suas et
cogitationes malas nulla ratione occultent nō cō=
temnant modica/ ne paulatim fluāt ad maiora In
domo nanqꝫ quam subintrans radius solis illumi
nat quantumcūqꝫ fuerit premundata/ athomi ni=
hilominus diligentius intueuti apparent. Sic et
cor radijs gratie illustratū etiam minima videt ac
viciorum laqueos subtili examinatione discernit.
Quanto quis fueri t mente purgatior tanto se sor=
didiorem videbit et maiores causas humilitatis i
ueniet. Deponēde tamen sunt scrupulositates que
dam supflue que conscientiam inerroris confusio=
nem inducunt. ¶ Reuerentiam non solum in teri=
orem/ verumetiam exteriorem/ decet coufitentē ha
bere. vt suo d eferens confessori illi siue in elatione
capitis/ siue in alia corporis dispositione si commo
de vitare p oterit non coequet. sed flexis genibus
dum confitetur nudato ac demisso capite sit humi
liter coram eo.

¶ De disciplia circa coufessionē publicā. ¶ Ca. x.

Offense publice/ publicā vt dictum est cōfessio
nē requirunt. Circa quā attendēdū ē vbi de qꝫ
bus et qualiter fieri debeat. Cōfessionē huiusmodi
facere debent aut coram superiore in capitulo pro
fessorum. si adesse liceat ⁊ sit moris. ant eoꝝ instru
ctore suo. qñ tenet ei capitulum sepatim aut alibi
priuate corā aliquo vel aliquibus si priuate offēde
rint coram eis. Ante oīa si perceperint se facto vel
verbo aliquē vel leuiter offēdisse/ ante comestionē

vel dormitionem/eũm humili studeant satisfacti
one placare ⁊ in petitione venie preuenire. ne ali-
us preueniens de manibus eorũ humilitatis mer-
cedem subripiat. ¶ In capitulo professorum sta-
tim post preciosa recommendationibꝰ factis se de
manifestioribus et maioribus offensis accusent.
Deinde ipm capitulum insimul exituri ⁊ ad locũ
sibi determinatum ad quẽ nõ sit secularium acces-
sus ituri. Nos tamen iam apud multos ꝓinde ab
nuit/fratres nouos in capitulo satisfacere ꝓfessoꝝ
sed ꝓ eorum offensis suus ibidẽ proclamatur seu
premonetur instructor. In secũdo capitulo videli
cet instructoris/quod debet eis tenere duabus vi-
cibus vel pluries si supe riori videbitur in qualibet
septimana/super ṗdictis satisfaciãt. si in primo ca
pitulo nõ fuerit satisfactũ. Alio quin sup notabili
bus et aptis, iuxta eiusdẽ ĩstructoris monitiones
offẽsis et negligẽtijs se accusent qui sup his de q-
bus sibi expedire videbitur eos caritatiue corripi
ens ꝓut cuiusqꝫ moribus videbitur expedire. salu
taribus debet instruere documentis cõsiderans di
ligenter vtrum deũ querant ex animo si sit ad ora
tionem vigiles. ad diuinum officium solliciti. Si
adiniuncta faciles et deuoti. Si ad correctionem
et opprobria pacientes. vt sic de moribus eorum ⁊
proposito/habeatur plenior certitudo. Patrem
se illis in leuitatis dulcedine patrem in correctio-
nis tonsura exhibeat. Sit seuerior iudicio quã ser
mone. Qui dulcis ẽ eloquio/maiora reperiet. Nec
oportet q eis penitentiam coram toto conuẽtu pu
blice faciendam sine consciẽtia superioris. impo-
nat. ¶ Postremo vt disciplinato et de-

bito modo fiat huiusmodi cõfessio debent circa cã
honestatez cautelam et humilitatem seruare. ¶ Ho=
nestatem vt culpe narrationem nudo capite et nõ
ridendo . non circunspiciendo . aut cum manu ali=
quid faciendo sed iniunctis manibus potius vel
aliter honeste dispositis exequantur. ¶ De caute=
la dictum est in capitulo precedenti . quam in hoc
ꝑcipue habeant vt se paucis verbis expediant . ⁊
in sua nullum alium q̃z seipsos inuoluant . qđ et
cautelam et puritatem concernit . ¶ Humilitatez
habere debent in gestu corporis et in verbis . In
gestu quidem vt ad terram iuxta fratrum consue=
tudinem se prosternant humiliter in verbis autez
vt verba subiectionis et penitentie / nullam sint
omnino notam superbie vel impatientie continẽ=
tia. ¶ Quando in capitulo vel extra nimis au
stere vel minus iuste suo iudicio super aliquo ar=
guuntur/ non turbentur animo sed potius pro
fratrum diligentia circa ipsos qui suos amant ar=
guunt et castigant et exercitio virtutis oblato i do
mino gaudeant et exultant ad verba et verbera ꝑ
pter christum gratanter et humiliter parati susti=
nenda . At licet fratres professi aliquando propt
infirmos pruide duxerint abstinẽdum ne pro qua
libet offensa reprehendant eos indifferẽter aut ni
mis superbe. quamuis pie vt si quid in eis repre
hensibile viderint suo consultius denũcient instru=
ctori. ¶ Ipsi tamen fratres nouicij ab omnibus
corripi et ab omnibus erudiri affectent. ¶ Qui non
vult corripi ñ vult corrigi ait quidaz admoneberis
inquit libenter reprehenderis patiẽter. ꝓbata sicq;

dam patientie virtus reddet eos deo et fratribus gratiosos. ¶ Culpam suam nullomodo defendãt Nimirum vt ait beatus gregorius que defenditur culpa geminatur. Sed si sentiunt se immunes. satisfatione semper quantumcumq3 fuerit innocentes humiliter preoblata/ põt innocentiam suã cũ reuerentia tamen corripienti ostendere. si requisiti fuerit aut permissi. Unde sanctus frãcisus. Beatus seruus qui nõ ẽ velox ad se excusandum et humiliter sustinet verecundiam z reprehensionem de peccato vbi non commisit culpam:

¶ De disciplina quo ad possitionẽ boni. ¶ Ca. xi.

Congruit iam de disciplina quo ad possitonẽ boni aliquid tangere. Et primo de disciplina circa informationem cordis ad quam est lectio illuminans intellectum z oratio accendẽs affectum Secundo circa exercitation em ad quã diuinũ spectat officiũ. Tertio circa exercitationem operis ad quã spectat altaris ministrum.

¶ De disciplina circa cordis ĩformatiões. ¶ Ca. xii

¶ Primo de oraione.

Insteut orationi feruenter non solum in oratorio verũetiã vbicunq3 fuerint cum ipi sint templũ dei. Aut certe in lectis occulte ac sine pceptibili sibilo. Quippe tanto securior quanto secretior existit oratio z quasi capitulum sibimetipis tenentes. In quo pficiãt vel deficiãt quotidiana secum discussiõe perquirant. Deuocatione sua z innũeris bñficijs saluatoris gratias ei debitas tota mentis deuotione soluẽtes. Et quot inchoauerunt bonum ab eo perfici instantissima oratiõe deposcant. Nec

solum ꝓ se verũetiam pro aliis tam viuis q̃z mor-
tuis orent et quasi quoddam memento sibi consti-
tuant. ¶ Poterit oraturus primo de laude vel in
cipere huic ipensa sibi beneficia memorari. Dei-
de necessitatesquas patitur et defectus exponere.
postremo humiliter postulare. Ordo tamẽ et mo-
dus quem spiritus sanctus suggerit est seruãdus
in oratione et qui affectu magis sapit ¶ Adoran-
di studium meditatio prouocat ⁊ informat. Hugo
dicit. Sic orationi sancta meditatio necessaria est
vt omnino perfecta esse oratio nequeat si eam me-
ditatio non comitetur aut precedat. Nam ⁊ hi qui
mala sua considerare negligunt aut nihil petẽdo.
facile per ignorantiam falluntur aut certe minus
q̃z oportet digne petendo per desidiam tepescunt
Quãto homo magis sua mala intelligit. tãto am-
plius suspirat et gemit. Primum ergo necesse ist
vt si prudẽter et vtiliter deum orare volumus/ani
mum nostrtum iugi meditatiõe excerceamus. Et ĩ
consideratione miserie nostre discamus quid no-
bis necesse sit petere. et in consideratione miseri-
cordie dei nostri quo desiderio debeamus postula-
re. ¶ Istis duabus aliis scꝫ miseria hominis ⁊ mi
sericordia dei redẽptoris oratio subleuatur. Sit
autem semper deuota. q̃ oportunitate iuuetur fre-
quẽtia foueatur. Deuotionem ĩtẽtio/diligẽtia/pu
ritas/et affectio probant. Tota mentis intentio a
curis exterioribus reuocata/orationis vigilantie
est applicanda ne aliquid aliud preter id soluꝫ qd̃
precatur animus cogiter. Unde Isydorus. Nõ est
labiorum sed cordis oratio. Dum orant sic semet-
ipsos considerẽt tanq̃z presentatos domino maie-

statis. ¶ Negligentes autem orationes autē ora-
tiones nec ab ipso homine impetrare valent quod
volunt. Et non in multiloquo sed in puritate cor-
dis et compunctione lachrimarum nos exaudiri sci
amus. Et ideo breuis debet esse et pura oratio nisi
forte ex affectu inspirationis diuine gratie protē-
datur. Quāto vero timore feruore et reuerētia sit
domino supplicandum/ insinuauit qui docuit nūq̄z
sine gemitu esse orandum. ¶ Opportunitas loci et
temporis quietis motum interiorꝝ disposite affe-
ctionis ꝛ ocij ad orandū non transeat ociosa. Qui
opportunitatē deserit opportunitas eū fugit. Isi-
dorus. Oratio priuatis locis. oportunius fundit
cum deo tantum teste depromitur. Proderit ergo
aliquando ad obtinendam compūctionē si ita se-
moti fuerint. vt puras manus ad celū leuādo etiā
suam interdum audiant vocem. Nonnuq̄z etiā ad
subleuandum intentionē in celum suspiciāt vt cor
pus pariter et animus tendat ad dominum. et tibi
fit cor vbi est thesaurus suus dominus iesus chri-
stus. Ceterum mane et vespere tempus est oratōis
oportunum. quod penitus peculiari vacuū orati-
one si vacat culpabiliter preteritur. Maxime autē
cum profundum nocturnus sopor indicit silentiū
tūc plane liberior erit puriorq̧ omnino nullo tunc
turbata clamore nulla aspicientis laude tempta-
ta. Sic mentis tranquillitas et quedam spontanea
q̄nq̧ animi promptitudo imo īspiratio q̄ se offert
ocijq̧ libertas non innoxie negligūtur que etiam
Principali huius opusculi particula expedita Secundaria hec pauca epilogat et supplet q̄-dam vt qualiter noui discipuli christi ad deum ad se/ad proximum/et ad res etiam quas aliquando seruare. vel tractare contingit se habeant/quibus differentiarum indiciis de sua conuersione discer-nant/qualiter deniq3 ipsi ad professionem recepti/

se gerere debeant vel breuiter in aliquibus instruantur.

¶ De ordinatione respectu dei.
¶ Capitulum primum.

Ante omnia cor suum per puram confessionē mundatum dignum deo habitaculum preparent illud excolant/ illud exornent/ nichil ibi sordidum vel obscurū/ nichil ibi vel ad horam residere quod dilecti sui oculos offendere valeat patiātur. Temptationes ꝛ cogitationes malas humiliter et pure cōfiteri nō differāt. Alioquin hostis cōsiliū suū īgerere non zelanti. Prouidēdū ē eis vt q iam sunt supni regis milites annotati secū oīno firmēt ꝛ statuāt se vsqꝫ in finē ei fideliter seruituros nec vllis ab eo tēptationib⁹ tribulationibus/ ꝛ angustijs deinceps recessuros. Jurauit ait ꝓpheta ꝛ statui custodire iudicia iusticie tue. Religionē sanctam ad quā eos dominus sua miseratione vocauit feruentissimo ac fidelissimo studeant amore diligere: ꝛ ei tāq̄ꝫ speciosissime ac deo dilectissime spōse fide inuiolabili adherere ¶ Quecūqꝫ sibi siue ꝓpria siue aduersa contingerint deū semper deuotis efferant laudibus vt siue cespitent/ siue cadent siue altam quancunqꝫ molestiam seu lesionem incurant semper in ipsorum ore resonet diuina laus/ semper vel benedict⁹ deus/ vel aue maria/ vel aliquod qđ ad laudem dei pertineat dicant. Et hoc in consuetudinem ducere studeant nulla nunq̄ꝫ negligentia obtinendum. ¶ Quicquid speciositatis vel delectabilitatis in creaturis inuenerint quicquid circa statum humane conditionis vel dispositionis accide

rit: totum semper assumant in materiā laudis dei et de omnibus que occurrerint/ deuote studeant cogitare. ¶ In ipso suarum omnium operationum initio dominū inuocare/ ꝛ suā ad ipsum intētionez dirigere assuescant. Instēt orationi frequenter/ q̄ nouam in orto domini plantulā fouet prouehit et confirmat. ¶ Discāt ergo vn9 saltem diei vel noctis hora tempus et ocium vēdicare/ quando ad se reuersi mētisq; cubiculum introgressi orent in abscōdito patrē suum ꝛ in corde cōtrito et humiliato vniuersorū domino familiariter astēt. Mane autē astabit ꝓpheta domino. quia qui mane vigilauerit ad deū inueniet eū. ¶ Surripienda erit carni ꝛ si forte non semper sepe tamen somni requies/ matutini: cum illa hora christus resurrexit. Tunc ē tempus allidendis ad petram paruulis/ mortificande carni/ ꝛ recreando spiritui oportunum. Tūc spirituales auicule dulcez deo in cordis organo exhibent melodiam. ¶ Ad hec/ et alie temporis et quietis oportunitates que occurrunt minime negligende sunt. ¶ Post horas canonicas non statim oratorium exeant sed in oratione aliquantulū subsistentes/ qualiter opus dei peregerint cogitēt an tepide vel feruenter et deffectus si quos ibi cōmiserint tunc emendent/ gratieq; deuotionis se offerant infundende/ quam si dominus dederit non repellant. ¶ Hoc autē in omni orōne obseruēt/ vt quod orantes dicunt/ ex aīo semper dicāt. non eñ vocibus sed rebus agitur apud deum. Porro qui ad orationē est negligēs sue nimirū īgratitudinis

et tepiditatis est testis. ¶ Frustra pfectus virtutũ sine oratione speratur. Ad ea igitur que ad cultum dei ptinent magno corde ꝛ prompto corpore accingantur. Ad diuinũ officium audito signo statim omnibus occupationibus omissis accelerent Si in lectis fuerĩt / statĩ surgãt / nec vltimũ aliquatenꝰ signũ expectẽt. Oratione nãq₃ aliqua vtiliter ꝑuenitur officiũ. Qui sic ex studio ꝑuenit / in benedictionibꝰ mereł dulcedinis maioris deuotionis ꝛ gratie ad ipsiꝰ executõez preueniri. ¶ Ecclesiam intraturi / manꝰ / si necesse habuerint / lauẽt Vestes maxime in die religiose componãt ne irreuerenter aut indecenter introeant aulam dei. ¶ In ecclesia deo psallãtes creatorem suum totis viribꝰ cũ reuerentia debita laudẽt. Officiũ suuz in choro ꝛ extra nõ pfũctorie quidem simiaticis vt aiunt labijs sed deuote sẽper et integre dicere studeant. nec aliã ei occupationẽ admisceãt. Cessent manus / oculorum euagatio reprimatur vt mens ab exteriori cura penitus libera / soli valeat deo vacare. ¶ Dies vel hora que neglig ẽter officiata pertransieri / nequaquam vlterius poterit reuocari / cum presertim tẽporis sequentis officium suam nichilominus diligentiam et deuotionem requirat. Nec sibi de gratuitis orationibus blandiãtur si circa necessarias q̃ primo loco habẽde sũt desidiosi extiterĩt. ¶ Denicq₃ iuxta sancti verbum pure ac semper strennue debent laudibus diuinis intendere. Pure quidez vt dũ psallunt nichil aliud cogitent q̃₃ qđ psallunt Strennue vero vt sicut reuerenter ita et alacriter deo assistant. Non pigri non somnolenti non ossi-

tantes nō pcentes vocib⁹/nō p̄scindentes verba d a
uitica/nō integra transilientes non fractus ꝛ remis
sis vocibus muliebre quoddā blāda verba de nare
sonētes/sed virili. vt dignum ē sonitu ꝛ affectu/ spi
ritus verba depromentes. reuerantiā in officio ho
nesta corporis dispositio/ que mentis deuotionem
nō mediocrit̄ ꝓmouet/atestat̄. ¶ In choro nō stēt
in stallis suis molit̄ aut quasi fractis renibus reso
luti. ¶ Quando post psalmū vel hymnū/ sācte tri
nitati reuerētia exhibet̄/ humilit̄ et decēter incli-
nent. Tūc enim tardius surgere segniter ac defor-
miter inclinare/ vt quando corpore q̄dē sufficienter
demisso/ vult⁹ tū indecenter erigitur/ oculis erra-
tice cir cūlatis / imꝑfecte quoq; ad memoriaȝ trini
tatis inclinationis venerationem exoluere/ quasi
sit honoris differentia in ꝑsonis irreuerentie argu
it et tēporis. Etiam extra chorum stent ad officiuȝ
preterq̄ȝ ad lectiones et officium mortuorum Spe
cialiter tū lectionibus plane dictis de dn̄a tm̄ exce
ptis irreuerentes et pigros se nouerīt si debitas
deo laudes sedendo vel iacendo exoluāt. nisi ne
cessitas euidens cogat. ¶ Si quando p viam
offm̄ dixerint et si nō vacant cōtinue dū illud di-
cunt ab itineratione/ quiescere saltem debent ad
collectā precedentiū collectiuam qn̄ oīno tota est i
deum intentio colligenda/ ꝛ in vno sistant loco im
mo si tēpus exigerit ꝛ locus ꝑmiserit cum reueren
tia genu flectāt vt in orōe cōi totum officium ve-
neretur. Dispositio corporalis honesta/ deuotiōis
prouocat affectū et designat. Non frustra sanctus
martinus oculis ac manibus in celū semꝑ intent⁹

orasse describitur. Intrinsecos mot⁹/gest⁹ iterior attestatur. ¶ Quãuis extra cõuentũ cõuentualis in oĩbus discipline non seruetur districtio/ in oĩb⁹ tamen religiosi operibus religionis debet vestigium relucere. Debent ergo ad opus dei corpus honeste disponere ad collectam ꝛ trinitatis memoriã vel modicũ inclinare/ ordinem in prosequando servare/ occupationem ꝛ interruptionem vitare. Ad missas postpositis omnibus tanto maiori ꝓmtitudine ac deuotione ministrant/ q̃to deo ibi familiarius seruitur. Calicem ꝛ corporalia si tetigerint reuerenter et mundissime tractent/ manusq꜡ post tactũ hmõi/ anteq̃ apponant coĩbus/ lauẽt. ¶ Corp⁹ dñicũ recepturi ante vt decet ampliori cõfessionis/ orõnis et a cibis q̃ verbis tẽperãtie studio/ acceptũ deo satagãt hospitium ꝑparare. Infusam autẽ obtanti hospitis gratiã/ reuerentiã in gratiarũ actione attẽdãt. nõ minor est virt⁹ q̃ q̃rere ꝑta tueri

¶ De ordinatione respectu sui. ¶ Ca. ij.

Ceterũ feruorẽ sanctũ et q̃nãdã debẽt magnanimitate assumere vt ad virtutũ exercitia strẽnui ac deuoti opera bona frequenter superogare contendant. Tunc eñi vicia fideliter extirpata discedunt/ si virtutib⁹ cedant. Alioquin vel si cedũt ad tp̃s eiecta nimirum redeunt nisi virtutes in locis vicioꝝ que fuerunt depulsa successerit. ¶ Non ꝓderit oĩa reliq̃sse. nisi ꝟtutum passibus tota xp̃z intentione sequamur. Quid iuuat expeditum esse ad cursũz nec currere. exisse ad opus ꝛ operis obliuisci? Non intrantibus vineam sed operantibus merces datur. At cũz ĩ vsum ꝟtutum omniũ ꝑfecti

esse nō valent in aliqua saltem se studeant speciali
ter exercere ꝛ illā quāta possunt pfectione obser-
uare. Feruorē nouicioꝝ nō decēt ille misericordes
in seipsis discretiones ꝛ discretionū dispēsationes
faciles/ qꝛ indulgentie suo iudicio nō sūt admittā-
de/ nec tn̄ recusāde sūt alieno. A seipso in seipꝫ ri-
gida debet eē cēsura ꝛ districta seueritas. Ad regē
tē vel cōsulētē lenis ꝛ obediens in omnib⁹ humili
tas. Si alteruꝫ ī dsitvt deside et tepido nō spero
cursus perseuerentiā vel ī precipitio timeo ruinā.
¶ Sint ocultatores virtutum sicut alii viciorum.
Non tamen in principio ardua siue multa presu-
mant nec sine licentia aliquid notabile acceptant
sed a minoribus virtutibus paulatim ad maiores
ascendant. hereditas ad quam festinatur in prin-
cipio in nouissimo benedictione carebit.
¶ Communem ordinis obseruantiam sequantur
perfectioni in silentio et in aliisi nstitutis plenius
obtinendis insistant. ¶ A qua nec exempla-
ri leuium vel negligentium aliquorum dissolutio
ne diuertant. Optima religiosi perfectio/ perfecte
communia queqꝫ conuentualia se ruare. ¶ Porro
hic religionem offendit qui religionis violat insti-
tuta. turpis ommnis pars vniuerso nō suo cōgruēs
Caueat vir constans et honestus ne consuetudinem
ordinis temerarius violator existat. In uictu ꝓpt
ea ꝛ maiorib⁹ nouitatis nota ꝛ singularitatis erit
diuersitas fugienda. ¶ Ante omnia caueant ne ꝑ
incohato iam bono subrepat superbia ut se aliis
preferant et se aliquid esse putent. ¶ Perit omne
qō agitur si non sollicite in humilitate custoditur

¶ Exteriorum gestuū disciplinā nō negligāt. Disciplina ceruicem submittit. deponit supercilia/ cōponit vultū/ ligat oculos/ cachinnos cohibet moderatur linguā/ frenat gulam/ irā sedat/ format incessū. Sit ergo aspectus verecundus ⁊ simplex risus sine cachinno vox sine clamore incessus sine tumultu. ¶ Erecto vel discooperto passī capite manibus dissolutis manibus vel habitu non incedāt Sit eis grata nō scurrilitas seu curiosa vrbanitas sed sancta quedam rusticitas/ salua semper modestia honestatis. ¶ Sint ad loquēdū tardi/ ⁊ in voce missi et in congregationibus aut seniorū pñsentia vix nisi pro presenti necessitate vel interrogati loquāt. Nō sint disputatores nec facile de auditis presertim seniore presente sentiēt. Stulti sicut sūt in sensu leues/ ⁊ ī verbo precipites. ¶ Infra tempus ꝓbationis cū extraneis siue religiosissime aliȷ̄ fuerit: absq̄ licētia et dato sibi socio nō loquantur. Religionis initium ē līgue frenū. Si qs putat se religiosū eē nō refrenans linguā suam huiꝰ vana est religio. ¶ Rem aliquā licet paruā sicut acum siue aliud occulte hoc est sine licentia recipere vel habere quasi furtum abhorreant. ¶ Super fluitatem in cibis ⁊ vestibus ⁊ in aliȷ̄s quibuscūq̄ constāter despiciant paupertatem et parcitatem quandā in omnibus que ad corpus pertinent amplexātes. ¶ Viciose consuetudini viriliter et feruenter resistant nec eam in hisque gule viciū sapiunt succrescere patiantur. ¶ Extra communem refectionem ad comedendū et bibendum vix eos inflectat ipsa necessitas. Sepe quod neces

stitatis esse videtur est viciũ. Ultra duas vices in die puerorum seu pecudum more comedere/ potũ extraordinarie frequentare/ religiosis temperentiã et decorẽ euidenter offẽdit. Que rogo religio que paupertas si mox vt esuris mox vt sitis vosito pares facias appetitũ nec cum vsqȝ ad statutam horã scias compescere. Si qñ tamen extra horãȝ exa c⁹ necessitate quis bibit/ sedẽdo ⁊ ocio presẽte id faciat. Non decet vt stando aut sine teste bibas. Si plures fuerint omnes dum bibitur sileant. statimqȝ vt biberint surgant cum aliqua laude dei. ¶ Reprehensibilis ad modũm confabulatio vel mora superflua iuxta potum. Nunqȝ ocio torpeant sed semper aut lectioni/ aut orationi vel officio addiscendo aut alijs nõ que ipsi elegerint sed que iniũcta fuerint facienda intendant. Spiritum tamen deuotionis exterioires non exhauriant actiones. ¶ Deuot⁹ frater nũqȝ tot⁹ comedat/ tot⁹ dormiat aut tot⁹ in exteriorib⁹ occupetur. Sed siue comedat siue aliud faciat/ sanctũ in aĩo aliquid semper voluat vnde spiritus recreetur. ¶ In somnum quoqȝ iturus semper aliquid in memoria secũ deferat in quo placite quidam obdormiat. quod nonnunqȝ iuuat somniare et vigilentem excipiens/ in statum hesterne intentionis restituat.

¶ Lectũ intraturus pro diurnis offensis orõnẽm semper aliquã faciat/ veniam petat/ pectus percutiat/ crucisqȝ munitus signaculo/ suũ deo spiritum humiliter recommendet/ qui a sumno surgens cũ aliquanta se denuo laude cõsignet. Nõ si forte cũ luxurie pompa cõcesserit/ recordetur dilectũ suum

positū sup lectū doloris/ ⁊ vniuersū stratū ei⁹ i carnis infirmitate versatū/ hec dicens in corde suo. Dominus meus pendet in patibulo et ego voluptati operā dabo? Sicq̧ inuocato nomine saluatoris ⁊ sepi⁹ geminādo nomē salutis cessabit q̄ssatio

¶ De ordinatione circa proximū. ¶ Ca. iij.

Ad hec qualiter se habere ad proximum debeant hugo docet. Superioribus inquit obediētiā timorē/ obsequiū/ et venerationem exibere debemus/ cum equalibus pacē et cōcordiam custodire inuicem obsequio/ beneficio et honore preuenire. In oī actiōe et verbo superiorē eis locū tribuere et si qn̄ fortassis in aliquo negocio p̄ire eos conaf cū oī humilitate ⁊ reuerentia q̄ facienda sunt nō precipere s3 demōstrare ⁊ si eos p̄cedere cōtingat cum alacritate ⁊ deuotione quasi ex necessitate subiecti obedire. Inferioribus semp beneficiū ⁊ auxilium īpendere/ venerationem nō exigere/ societatez atq̧ equalitatem amare. Maioribus / ait/ debem⁹ per timorem subdi equalibus p caritatem obsequi/ minoribus per equalitatem sociari seu coequari. Igr̄ deuoti fratres seniores suos reuereātur vt dominos diligant vt parentes. Qui presunt in domino sunt secundū apostolū amplius in caritate habendi. ¶ Hanc iuxta hugonem reuerentia sine amore seruilis est ⁊ amor sine reuerentia puerilis iudicari d3 ¶ Propterea docet sanctus vt transeunte maiore minor surgat ⁊ det ei locum sedendi. Non presumat inquit minor concedere ni i precipiat ei senior suus. Prior hic ponit conuersio vel grad⁹ officij seniorem q̄3q̄3 ⁊ etas sit iuxta legem domini

honorãda sic enim scriptũ ē. Corã cano capite cõsurge/ et honora psonã senis. Discretio tamen caute p loco et tpe ac sine reuerẽtie cõgrue detrimento venerationem modificat. Habẽd9 est mod9 in omnibus nec viciosã quidẽ supstitionez admittẽs/ nec superstitionis euitãde ptextu humilitatis aut morum sanctionem euacuans. Obedientie se totos subiiciant. Sit homo interior totus deo sit exterior totus prelato subiectus. ¶ Quicquid superior eis vel prepositus vel instructor iiunxerit quasi diuinitus imperatum statim vt veri obedientie filij deuote adimpleant. Quicquid statuerit inuiolabiliter seruent/ sciẽterq3 aliquid transgredi sacrilegiũ putent. Et salutare credant quicquid ille preceperit. Perfecta obedientia est ĩ incipiente/ maxime insecreta id est non discernere quid vel quare precipiatur sed tantũ ad hoc niti vt fideliter et humiliter fiat quod a maiore precipitur. Nouicium prudentem incipientem et sapientem / in cella diu posse cõsistere/ et in congregatione durare est ĩpossibile. Stultus igitur fiat vt sit sapiens. ¶ Secure per omnia obeditur/ vbi contra deum nichil precipitur. Discant ergo voluntates pprias frangere alienoq3 iudicio et imperio ambulare. Nulla ars ait sãctus absq3 magistro discitur. Ad illã inquit tendit orõ vt tuo doceã te arbitrio non viuendum s3 viuere debere in manasterio sub vinius disciplina pris consortio multorũ vt ab alio discas humilitatẽ ab alio patiẽtiã hic te silentiũ doceat/ ille mansuetudinẽ. nõ facias qđ vis. Subiiciaris cui nõ vis. Lassus ad stratum venias/ ambulãsq3 dormites et

necdū expleto somno surgere cōpellaris ¶ Nichil absq3 instructoris conscientia vel quocūq3 eant cui ab aliis etiā superiorib9 demādata sibi significēt In quibus sufficit ipse/ sp ei9 licētia sint cōtēti/ pro his que inferioris sunt non passim recurritur ad maiorem ¶ Fratres oēs7 se inuicē honore7 obsequio puenire 7 coꝝ defectū i officiis humilioribus iplere contēdāt. Seniores fratres versiculos dicere de lumine seruire/ librū ad officiū tenere vel hmōi humilia in choro 7 extra q̄ztū i se fuerit non omittāt. Omnibus se subiicientes humiliter propter deū Nō qđ sibi vtile putant/ sed quod aliis amplexantes omnibus libenter obediant omnibus satisfaciant prout possunt. vt in omnibus quibus vtitur transitoria necessitas/ superueniat que permanet charitas ¶ Quicquid agunt/ fidelissime 7 cum diligentia faciant. et tanq̄z deo quasi hominibus nō seruientes. Non estiment alios fratres qui diutius in ordine laborauerunt ecum exequo laboribus occupendos presertim cum de se humiliter sentientes pie debeant credere q sancti viri plus deo placeant quiescentes/ q̄z ipsi quantumlibet laborantes: Erubescant se nescire qđ in obsequiis religiose est sciendum. Quod igit' nesciunt statim exercitio magistrāte addiscant. ¶ Sit precipue ad seruiendum cōmunitati promptissimi. Si lumen in ecclesia vel in officinis aut aqua in fratrum lauatorio desit: continuo de his et similibus necessitati prouideant. ¶ Ad obsequium aduenientium fratrum qui sicut angeli/ immo sicut christus in eis veniens sunt suscipiendi cum omni deuotio-

ne festinent. Et quia fratribus hospitibus secūduz
q religionis honestas ⁊ cōsuetu do requirit/ prius
orandum est q̄z fratribus socientur in pace/ q̄zcito
ab oratione surrexerit ad eorū deosculādas manꝰ
maxime si fuerint sacerdotes deuote occurrant. et
humilit genu flectant ¶ Nullū fratrē puro appel
lent nomine nec nisi fuerit patrie cōsuetudo tuis=
sēt: Nulli ꝑsꝰ/ q̄ztū in eis est materiā prestēt mole
stie alicuiꝰ sed oīa que necessaria et vtilia estimant
bono pietatis ⁊ charitatis cōponāt Quid pace ho
nestiꝰ/ quid vnitate iocūdius aut cōmodiꝰ sociali=
tatis/ quid charitati meliꝰ aut preciosiꝰ inuenitur
Gloriosissimū quidē ⁊ potissimū liberalis aīe ⁊ cō=
scientie bone iudiciū pacē ꝓximi custodire oēz q̄z=
tum possibile est fratrū scandali occasionez vitare
verecūdari si sociū/ vel ꝑ surreptionē/ offendis. Et
quē aduersū se fratrez notum vel leuiter senserint
quiescere nesciāt quousqꝫ ipsum humili studuerit
satisfactione placare. ¶ Ad extraneos si quando
ꝓcedunt in verbis eorū incessu ⁊ habitu modestia
fulgeat discipline/ breuiter et pauca loquātur/ ca=
put decenter operiant/ manus abscondant/ mulie
res omnino q̄ztumlibet ꝓpique osculum/ ⁊ nude
manus cōtactum penitus vitent. ¶ Pro ꝑsonis q̄
in domo vel in via/ fratrum se orationibus recom=
mendant/ statim post earum abcessum orationē fa
ciant specialem. ¶ Defunctis fratribus audito eo
rū transitu q̄zcitius possunt subueniant et debituz
saltem obsequium soluere nulla occasione postpo=
nant. Talia siquidem non absqꝫ ptinescende offēse
periculo negliguntur.

¶ De rerum custodia. ¶ Ca. iiij.

Res quas tenent precipue libros mũde tene-
ant et honeste. A tactu libri nudam cohibe-
ant mũda que licet nuda/ qꝛ tñ ꝓrosa/ ipsũ facile
inficit ⁊ deturpat. Turpe est nudos paginarũ mar
ginibus ĩprimere digitos vel ipsos vel certe later-
nã suꝑ librum legẽdo deducere. Semꝑ pann⁹ si af
sit digito supponatur. Alioquin ita caute tãgant
⁊ leuit̃ vt tangẽtes quasi nõ tangere videãt̃. Librũ
suꝑ lue apertũ nõ teneãt vel incaute relinquãt. Fir
macula libro paululũ stricto si violẽtia laxẽtur ap
ponant. violẽtiam sonit⁹ ꝓbat. Indign⁹ ẽ libro q̃
negligit custodire. Solent incuriũ q̃dam/ libros di
gitis/ ⁊ vestes ꝑ̃cipue in manicis munde seruãdas
sordibus ⁊ puluerib⁹ vel reb⁹ quas tractant pene
indifferẽter exponere/ ipsas vero extreme frequẽt
vtilitati expositas vix valent a sociorũ cibo/ vix ab
altari/ vix ab ip̃is calicis mapulis ꝓhibere. Qui
ipsis placere sordib⁹ cupiũt custodire curã curio-
sitatis cõdemnant infamia/ sueq́ʒ vicium ĩcurie vir
tutis specie colloꝛare nitũtur. Grauia hec homini
erudito. Qui mũdicia gaudet/ honestatis pulchri
tudine delectatur.

¶ De profectu ⁊ defectu; nouiciorum siue de diffe-
rentia conuersorum. ¶ Capi. v.

Accedit hinc neophitorum conuersio differẽs
intuenda. Sunt enim quidem tractabiles
simplices/ deuoti/ timorosi q̃ nichil sibi xp̃o chari-
us estimantes voluntates ꝓprias ei sacrificant vo
luntarie prompti ad mutũ nutu citi⁹ obedire. Ad
difficilia q̃libet ꝓpt̃ xp̃ʒ equanimit̃ ꝑferenda para

ti sue quoqꝫ integritatis solliciti cor suũ ꝑ purã cõ-
fessionẽ ⁊ assiduã orationẽ mũdare nõ negligunt.
Sũt ĩ exteriori cõuersatione disciplinati et hũiles
studẽtse ĩ oĩbus officiosos ⁊ amabiles exhibẽ. Si-
qdẽ studere ꝓpt deum; amari charitati seruire est
Hi xpo sũt altissimi filij fideles sancte religionis ꝓ
pagines fratrũ leticia cõsolatiorũ ꝯsolatiũ sui gl'ia
ĩstructoris. Nam gl'ia patris ẽ fili⁹ sapiẽs. Sũt et
ali dure ceruicis disciplinẽ insusceptibiles mansue
scere nescientes tepidi curiosi supbi qui q̄ꝫ suauis
est dominus non gustantes seculari dumtaxat de-
posito habitu nou affectu/ qm̃ adhuc in moribus ĩ
verbis/ in gestibus/ et propriarum ꝑtinacia vo-
luntatum seculo fidem seruant vt monstro mirabi-
lius sub religiosa veste hominem videas secularẽ
Hi sũt filij diffidentie/ adulterina plantatio fruct⁹
ĩutiles ⁊ acerbi/ sociorum onus et scandalumsui af
flectio et confusio instructoris. Juxta illud. Jra
patris filius stultus. Et confusio patris de filio in-
disciplinato. ¶ Ponenda sunt pauca corporis
curiositatis/ et superbie predictorum indicia vt co
gnita deuitentur. ¶ Cautior inbonis ambulassi et
mala non lateant. Tepidus in conuersatione ocio
sa verba/ et vanas cogitationes/ noxias esse non cõ
spicit Uitatis grandibus reliqua omnia vix repu
tat inputanda. ebetati cordis ipe ad cõscientiam
de offensis vt timoris filialis ignarus timoratos ⁊
conscientie puritatẽ amentes fatuos ⁊ supersticio
sos sententiat. ¶ Quodsi atorpore mentis eui-
gilauerit ea que leuia existimabat quasi horren-
da atqꝫ atrocia pertimescit. ¶ Uacuus gra-

tia et tepidus/quod est gratie seu minus necessa-
rie intentionis quod discipline/quod morum/quod
virtutis pfectio/conciliat negligens/illud difficile
vel certe superfluū arbitrat̃ agreqꝫ doctrinā ad ta
lia patit̃ doctorē nimis pfectū ironica irrisione p-
nuncians. Rempestultus sui patris disciplinā irri
det/vt pateat quod iuxta sapiente dicitur. Cōpe-
des in pedibus/stulto doctrina. Aninalis hō non
pcipit q̄ sunt spiritus dei. Tepid⁹ in cōuersatione
remiss⁹/publicos mores et doctoris nouita negli-
git/ea que dei sūt lāguide operatur. Si quod icho
at bonum/vix pficit/tarde ad diuinū officiū et que
que cōuentualia occurrit. Ocio gaudet lobore vel
modico leditur et facile se infirmum vel ad modi-
cum se fatigatum pretendit. sed et amore priuato
se diligens/que carnis sunt sapit et prosequitur ex
affectu. Aliorum quoqꝫ defectibus non virtutib⁹
herens. Si quid minus vel negligenter actum in-
spexerit illud in exemplū ad sue velamen tepidi
tatis assumit. Ficta ei et indeuota confessio/rara
est breuis compunctio. Insipida et sine attentio-
ne oratio incircunspecta et sine edificatione lectio
obediētie morosa ⁊ sine deuoctionis affectu vix ali
qualis implectio. Multos enim remissa conuersa
tio in pristinos errores reducit ac viuendi torpo-
re resoluit vt nonnunq̄ꝫ ex ore domini eomuantur
¶ Curiosus non currāda curat necessaria negli-
git ⁊ sui oblitus aliena cōsiderat notat et explorat
Si quod insonuerit verbum anhelat sollicitus ad
sciendum et honestate postposita id ab īuitis et ce
lare forsan volentibus inuerecunde requirit. Lo-

cis sibi non concessis congregationi et collocutio-
nibus fratrum se ingerit non vocatus. Cum eum
abesse putaueris adest impudens lateri adest auri
vt nec secretum valeas occultare sermonem Obser
uat angulos varijs circunspicit oculis heret ad si-
gula q̄ occurrūt. Communes obsidet trāsit⁹. Su-
perueniētiū et forēsiū gaudet occursu. Rumorib⁹
ꝛ secularib⁹ verbis hauriendis et referendis ītē-
dit. Res sibi non deputatas curiose reuoluere non
quiescit. Litteras etiā alienas si casu aptas īueni-
at inspicere nō veret quas tamen licet aptas quo-
modolibet inuentas vix aliquis nisi superior licite
inspicit vel alijs inspiciendas exponit Rerū quoqꝫ
apparato cura non supflua/curiositatis viciū cla-
mat. ¶ Signa vero superbie prosper enumerans.
Hos inquit dolendos enuntio/quos iam cōuersos
superbia occulte captiuat. ¶ Hi ait seniorum suoꝝ
non obseruant imperata/sed iudicant de suis ne-
gligentijs. ¶ Obiurgati/aut rebellant/insolen-
ter/aut murmurant. Simplicitatem spiritualium
fratrum irridenter exagitant preferri se etiam ma
ioribus impudenter affectent. Obsequia delata fa
stidiunt negata pertinaciter querunt Natales mo
ribus anteponunt/iuniores suos elati despiciunt/
conferri sibi aliquos posse non credunt. Non ser-
uant in obsequio reuerentiam/in sermone mode-
stiam in moribus disccplinam habent in intentio-
ne pertinaciam in corde duriciam in sermocina-
cinatione iactantiam. ¶ Sun inhumilitate falla
ces in locutione mordaces subiectionis impatien-
tes temerarij ī audiēdo clamorosi in loquēdo fasti

hi

diosi in aduertendo/ presumptuosi in docendo/ ef=
frenati deformik in cachinnādo/ hec sunt infert su
perbie grassantis iudicia. ¶ Supb⁹ se ad oēs ꝓ
prie voluntatis īpulsus accōmodat nec se aliȷ̄s sed
alios sibi applicare contēdit facile sibi cōtumeliā
indicat ad quā irrogandā est valid⁹: ad tolerādā
infirm⁹. Et se grāde aliqd eē putās deferre socijs
dedignatur. Legibus subdi/ ⁊ propriā recognoscē
culpam erubescit. Et licet iuxta ordinis mores se
regere nesciat/ in suis oculis tamē sapiēs ⁊ ꝑfectus
Ad aliorum instructionem sue presertim opinioni
contrariam stomachatur. Reprensus offenditur
Nunc in sufficientiam/ vel friuolam/ nunc monito
ris modum calūnians/ vt si persuadere aliquid ve
lis/ instabit ꝙ modus artem monitio studium exi=
gat/ quo fit vt huiusmodi allegationum obsita spi
nis sicut ericius vel irrefragabili ratione vel aucto
ritate/ non capiatur. ¶ Fit igitur ad obtemperan=
dum difficilis/ et ad correctionem impatiens adeo
interdum vt se discipulum abnuens/ ipsum etiam
deputatum sibi refugiat instructorem. Hec oīa ser
ui dei quasi pestem mortiferam detestantes perfe=
cte ad dominum conuertantur iuxta illud. Deute=
ronomij. Perfectus eris et sine macula cum domi
no deo tuo. Ve duplici corde/ et peccatori terram
ingredienti duabus vijs. Si quis vero sufficienter
expectatus ⁊ monitus mores corrigere ac religio=
nis formam induere negligit/ presertim si rebellis
aut contentiosus extiterit/ non est proficientiū nu
mero aggregandus. ¶ Infidelis si discedit disce
dat: ne vna ouis morbida cōtagione mortifera to

tum gregem contaminet. Peruersus et insolens nõ nisi in onus religionis ꝛ dissolutionẽ admittit.

¶ De nouiter professis in ordine. ¶ Capi. vi.

Ad professionem admissis sit q̃z maxima cura ne defluant perfecti quicꝫ magna se discretionis subtilitate conspiciant/ ne ad exteriora vnq̃z vel in opere vel in cogitatione labantur. Si curare parua negligimus: sensibiliter seducti: audent etiam maiora perpetramus. Susceptam etiam ex enimis tempore disciplinam prudens non abijcit immo nec suum continuo quasi iam sibi sufficiens deserit instructorem. Eget rectore nouicius: eget nouus directore professus. ¶ Vanus et fictus vt instructoris curam euaserit insolescit/ assumit cornua/ fit presumptuosus et audax: et quasi vaca lasciuiens: a prima informatione declinat. ¶ Cessat oratio/ tepet deuotio/ confessio peccatorum negligitur vt putes eum aut sui oblitum/ aut non habere peccatum. ¶ Facit quidem dilata confessio vt negligens mundus appareat: licet non existat dũ culpas absorbet/ obliuio absoluit. Multiplicãtur dum non currantur offense multiplicate ne discernentur et corrigantur impediunt. Multitudo peccatorum impedit ne videantur. Unde piser tũc est maxie vicios⁹/ cũ vicia nõ agnoscit. Sic filia fatua in deminoratione erit. Justoꝝ autem semita quasi lux splẽdens ꝓcedit et crescit vsqꝫ ad ꝑfectam diẽ. Professi ergo ꝯfiteãtur ꝑfectũ presũptionẽ pre-

hij.

scribant Habit ad hoc/humilitatis & paupertatis constantia pseuerans/affectuum et curarum abiectio terrearum/exercitatio charitatis/et que complectitur omnia considerationis attentio. ¶ Sūma religiosi virtus hūilitas/que ipm curat pficit et conseruat. Sine hūilitate/nulla virtus/ nulla pfectio/aut acqritur/aut seruatur. Virtutū siquidez bonū quoddā ac stabile fūdamētū hūilitas. Nempe si caret illa/virtutū aggregatō nō est nisi ruina Et qm̄ ad hūilitatē humiliatio via est nō erubescāt hūilia/nec hūilitatis officia facile respuant/nec īposita recōmēdēt. Ōis ab eis psūptionis audacia pscribatur. Antiquiorib⁹ fratrib⁹ in ordine deferant ac sp eoꝝ respectu/se iuniores & nouicios reputent. Ad exteriora vel honoris alicui⁹ officia puehi nō affectēt. Multos ppera nimis pmotio a virtutū iā pfectu p vicium elationis deiecit. Qui mūdum deserunt ait sanctus ad exteriora officia vehi non debēt/nisi p humilitatem diutius in eiusdem mundi contemptu solidentur Et qz nouorum et iuniorium tentatio solet esse facile superbire/nescire modum humilitatis seruare et si forte in aliquo psint officiū metas excedere/ac de minimis grandia iactitare/attendant sibi super his vigilanter. Nō potest intimo conscientie testimonio gloriari veraciter/nisi qui gloriosas perfecte respuerit. ¶ Paupertas in omnibus placeat ne iterum siue in libris siue in aliis rerum se velut sarcinulis onustare. Perfecta rerum abiectio a cura expedit mentem/ ab infectione affectum. Nemo in christi expeditione liberior/nil habente. Si aliquib⁹ egeant stude

ant parcitati. Super oẽs diuitias/ diuitẽ facit pau ptas. Hec quoq in victu ꝛ in his q̃ carnis sunt maxime ãplectãda. Nõ est euangelici pauperis gaudere sup fluis/ luxibus indulgere et quod nec diuites possũt/ sꝫ velle ĩ omnib⁹ abũdare nec penuriã scire pati. Familiaritates sup fluas fugiant. Isto ait q̃dã omnib⁹ benignus nemini blãdus paucis familiaris/ oĩb⁹ equ⁹. At sanctus. Tria inquit religiosũ quenlibet docent/ pauca loqui/ paucos habẽ familiares et multum orare. Ubi multi familiares/ ibi multe locutiones ꝛ sibili singulares. ¶ Si familiarem admittis sit quem etas mores. discretio. et insignit et commendat. Familiaritas si fuerit ordinata non erit blanda improba/ puerilis. ¶ Est modestia quedam in sancta familiaritate seueritas est et iusticie rectitudo. vt nullatenus vicium foueatur/ nec pro amico proximus offendatur ¶ Noli ait sapiens pro amico inimicus fieri proximo ¶ Secularium deniq familiaritas indiscreta religiosi quietem multipliciter in quietat. Nullius gratiam munusculis comparent. Si q̃d forte alicui/ vel causa exacti/ necessaria prorsus religionis lege/ licẽtia preobtẽta/ obtulerint honestas rei et vilitas precij/ religiosorum et pauperuꝫ exenium esse probent. ¶ Non frequentent propinquos nec exterioribus se implicent curis: sꝫ salutis proprie memores/ agende potius penitentie vacant. ¶ Non cadat amente professio. sed semper ad quid venerint cogitent. Pensent quid de quibusdam ait sanctus Gregorius. Sepe inquit nonnulli a parte prauitatis vias deserunt. sancti

tatis habitũ sumsit/ sed mox vt prim⁹ limina bene viuẽdi cõtigerint/ obliti q̃d fuerint affligi iã p pe=nitẽtiam de cõsũmatis nequitiis nolunt. Laudari vero de inchoata iusticia appetũt/ p̃esse etiã cete=ris melioribꝰ cõcupiscũt. Et post pauca. In rebus sit multiplicibꝰ occupati atq; ipsa occupatione cõ fusi non solũ p petrata minime deplorãt/ sz adhuc que deplorẽtur exagerãt. Secũdũ apostoluz. Ne=mo militans deo implicat negociis secularibus vt ei placeat cui se probauit. ¶ De sancto legitur q̃ quantomagis se ab humanis curit et colloquiis se questrabat tanto illi vicinior ⁊ propinquior deus erat. ¶ Vitanda maxime colloquia mulierum. Non potest toto corde habitare cum domino / qui mulierum accessibus copulatur. ¶ Caritatis obse quia libenter impendant. Charitas semper reddi ta semper detinet debitorem. ¶ Hec autem quo=modo negetur amicis/ que etiam debetur inimicis ¶ Postq̃ȝ vel orationi vacauerint vel ad studium se dederint/ ad seruiendum fratribus surgant etsi necesse fuerit/ officiales/ nunc hunc. nũc illum / di=screte tamẽ et prout oportuerit / iuuent vt secun=dum apostolicam doctrinam ⁊ vitam manibus su=is laborantes quod bonum est / aliorum fratrum etiam corporaliter si fieri potest participantes la=boribus in caritatis semper exerceantur operibus et cibum corporis non absq; labore comedant cor=porali/ vt hec sancta consuetudo ipsos in humili=tate custodiat in fraterna dilectone et omni perfe=ctione confirmet. Qui communibus instant/ suis=q; obsequiis alios portant/ sunt corporali simul et

spirituali sufragio supportandi. ¶ Merito singuli
ꝓ his orant q̄ ꝓ cōmunitate laborāt. In spiritua=
libꝰ bonis/martha participet cum maria que vtri=
q̄ sūt sorores et equa sit pars descendentis ad pre
lium et ꝑmanētis ad sarcinas et equaliter diuidāt
Qui nobis corporaliter obsequntur iuste sortem
in necessariis spiritualibꝰ assequūt. ¶ Rursum cō
monitatis operibꝰ/familiaria nemo ꝓponat. Ca=
ritas/de qua scriptum est. Non querit que sua sūt
sic intelligitur qꝛ cōia ꝓpriis/non propria cōibus
ante ponit. Considerationi denique ante omnia et ī
omnibus vigilandum que ad finem et directionē
attendit. ¶ Finis ad quem nostra tēdit professio.
regnum dei vel potius ipse deus. ¶ Directio qua
illic tenditur mentis est puritas/ad ipsum princi
paliter directiua. Herendum iugiter his duobus
Necesse est mentem considerare quo recurrat cui=
q̄ principaliter inhereat. ¶ Non herentē enim
per singulas horas atq̄ momenta pro incursuum
varietate mutari atq̄ ex his que extrinsecus acci=
dunt/in illum statum reformari qui primus oc=
currerit necesse est. ¶ Hinc est q̄ multos pro chri
sti amore maxima contemnentes/pristinum tamē
affectum in minimis retentantes pro graphio vi=
demus acu vel calamo commoueri. ¶ Irascuntur
mobiliter et inflectantur velut qui non habent a=
postolicā chaitatem Qui si contemplationem mū
di cordis fixam tenerent nunq̄ ꝓ paruis rebꝰ ad
mitterent/quod ne ꝓ magnis ac preciosis incurre
rent opibus/easdem penitus abiicere maluerunt.

Unde liquet/pfectū nō statim facultatū seu digni
tatū abiectione cōtingi vbi non fuerit caritas illa
cui⁹ apl's mēbra describit/que in sola cordis puri
tate cōsistit. Nā qd est nō emulari/nō inflari/ non
irritari ⁊ reliqua/nisi cor pfectum atq; mundissimū
deo offerre/⁊ intactū a cūctis pturbationib⁹ custo
dire. Quicquid ergo nos ad hanc puritatem pōt
dirigere/tota virtnte sectandū est. Quicquid aūt
ab hac potest retrahere q̄zuis necessariū et vtile vi
deatur/vt perniciosum et noxium deuitandum.
Sine via tendentibus/labor est itineris non profe
ctus. ¶ Operātur ⁊ seruant q̄ȝ maxime puritatē
perfecta humilitas ⁊ expeditio mētis a terrenis.
¶ Erit deniq; vt purus animus /pura deum ora-
tione frequantet/frequantando gustet gustando
probet q̄ȝ suauis est dominus. Erit deniq; vt diui-
no inebriat⁹ amore/totam in deum consideratio-
nem inflectat/toto in ipsum desiderio pergat. nil
ei sit dulcius/nichil iocundius in vita q̄ȝ vacare et
videre q̄m ipse deus/quod est in partibus conside
rationis potissimū. Affecta sic anima comprehen
dit complectitur et stringit et tenet dicens. ¶ Te-
nui eum nec dimittam. ¶ Puritas itaq; via est
regia per quam ad sponsi amplexus per quam tā
dem ad patriam peruenitur. Per hanc tandē ve-
ri israelite de virtute ī virtutum donec videatur de
us deorū in syon desiderij gressu īdeclinabili grā-
diuntur. Christum super omnia diligunt. Nichil
eius amori preponunt in via/quem habitari sunt
mercedē in patria. ¶ Et nunc ego qui licet admo
dum imperfectus et rudis/per obedientiam tamē

erudiendis simplicibus aliqua hec documenta cõ
gessi pulchrum depingens hominem pictor sed⁹.
Nos supplex per dñm obsecro vt me sibi ꝛ si min⁹
proficuum tamen beniuolentiam attendentes in
orationibus suis mei meminerĩt peccatoris/ qua=
tenus eis orationib⁹/ meoꝝ veniam peccatorũ asse
cut⁹/ in potentias domini vna cũ eis merear intro
ire/ ipso misericordiam domino id prestante/ cui ẽ
honor et gloria in secula seculorum: Amen.

¶ Explicit speculum
disciplinę ad nouicios.

¶ Sequntur. xxv. memoralia sancti bonauenture
que quasi regula sunt omniũ pie et spiritualiter in
christo viuere volentium.

PRimũ memoriale. ¶ Ante oĩa opꝫ/ vt te cu=
piẽtẽ sequi vestigia saluatoris/ spẽ tuã totam
fixã in dño habeas ac oĩbusq; huius mũdi consola
tionibus penitus non cures. ¶ Secũdum vt ab
oĩbus vicus ꝛ cõcupiscentiis malis inq̃ztum susti
net hũana cõditio teipsum studeas penitus emun
dare quaten⁹ fermento veteri totius malicie ꝛ ne
quicie expurgato ambules in nouitate vite post
xp̄m: qr nisi prius hmõi cathenas iniquitatis con
fregeris/ aĩa tua in tenebris obuoluta viscoq; car=
calis concupiscentie glutinata ad celestia non po=
terit euolare. ¶ Terciũ vt a teipso dissoluas oẽm
colligationeꝫ extrinsecam vt sana ꝛ pura mẽte pos
sis deo colligari. Quartũ/ vt amore altissĩ ꝛ spõsi

tui christi oēs mūdi hui⁹ ꝑsecutiones equanimit feras/imo si possibile ē ꝓ voto suscipiēs/solū i xp̄i passionib⁹ delecteris/renuensq; oēz tp̄alem leticiā i ipsis tribulationib⁹ hilarescas. oēs reputās tibi esse ad purgationem peccaminum ⁊ lucrum aīe tue p̄paras. ¶ Quintum vt cum creatorem tuum te sentias offendisse rationem inde tibi fieri nō poscas ab aliqua creatura. ¶ Sextum: vt habeas despectui teipsum cupiens ab omnibus despici zelāsq; sacratissimam paupertatem/in omnib⁹ que ad te spectant/asperitatem vilitatem et percitatē habeas q̄ztum potes nec tamen in alijs hec requiras ¶ Septimum: vt omni tempore in timore permanens blandicias huius seculi honores glorias vel fauores aurasq; vane glorie quasi mortiferas pestes omnino refugias. stansq; continuo in teipso omni hora habeas te suspectum/ quia si tuiipsi⁹ victoriam fueris assecutus nullus hostis exterius vel interius tibi nocebit. ¶ Octauum: vt amore illius qui cum sit dominus omnium pro nobis assūpsit serui formam/in ea sevoluntarie subiiciēs hominum potestati humiliando teipsum/omnemhominem reputes tuum dominum et te verissime reputes seruum omnium. Sic enim tranquillitatez et pacem cum omnibus perpetuam obtinens scādalum penitus ignorabis. ¶ Nonum: vt nichil eorū tangas que te spirituali vtilitate non tangūt/hoc est de nulla re cures vel implices te in aliquo/exterius vel interius quoquon vbi non inuenis anime tue lucrum nec in huiusmodi te ab aliquo ipli cari permittas. ¶ Decimum. vt visui atq; oībus

sensib⁹ corpis omnimodā custodiā ponas ita vt ni-
hil ꝓrsus velis videre vel audire aut tangere nisi
vtilia aīe tue. ¶ Linguā etiā diligētissime cohibe-
as vt nichil loquaris nisi interrogatus vel necessi
tate vel vtilitate euidenti coact⁹ ⁊ tūc cū reuerētia
⁊ dulcedie breuiter ⁊ submisse sp diuitās ꝓlixita
tē vboꝝ ⁊ coꝝ occasiones iuxta posse rescindens.
¶ Undecimū vt gratā sanctāq; sollitudinē desi-
derans omni tempore operationem vigilarū ha-
beas preciosam in ipsis semper offerens deo orati
ones tuas cū attentione vborū deuotionis feruo-
re ⁊ humilitate ꝓfunda. ¶ Duodecimū: vt cū diui
nū celebras officiū/ ita factus sis in teipso quietus
q obliuiscaris omniū terrenoꝝ quatenus fixa mē-
te celestib⁹ insistens ministerijs/ cū tanta illud de-
uotione/ reuerentia/ gaudio ac timore ꝑsoluas/ q̄si
inter angeloꝝ agmina constitut⁹ diuino aspectui
laudes presentialiter offeras cum eisdē. ¶ Tertiū
decimū vt gloriosam reginā dn̄i nostri matrē bene
dictam in summo habeas oī tempore veneratiōis
affectu/ ⁊ in cunctis ad eā necessitatibus periculis
et pressuris tanq̄ȝ ad refugium tutissimum te fidē
ter conuertas. ¶ Quartūdecimum: vt mulieres
virgines et iuuenes quoscunq; preter necessitatis
vel manifeste vtilitatis causam diuites. ¶ Et vnū
vbicūq; fueris elige tibi patrem virum quidē san
ctum discretum et pium doctum potius experien
tia operis q̄ȝ sublimitate sermonis/ qui te verbis ⁊
exemplis efficacibus ⁊ probatis ad diuinū amorē
instruat ⁊ inflāmet ad quē in cūctis necessitatib⁹
tuis possis habere recursum et spirituale solameȝ

¶ Decimūquintū: vt oēm frigiditatē accidie ꝛ tri
sticie in qua latet via cōfusionis q̄ ducit ad mortē
a teipso sūmo studio depellens/ interius exteriusq̄
seren⁹ sp ꝛ tranquill⁹ existas/ nulli vllomō contra
dicas vel resistas ī aliquo/ sed potius omnimō per
oīa oīb⁹ acquiescas/ dūmō diuine laudi vel saluti
aie nō obsistat. ¶ Sextumdecimū vt omnes affe=
ctiones tuas ac voluntates conformes diuine vo=
luntati. ¶ Omnia te edificent neq̄ te deificet ali=
quid in mundo puritatis gratia diuini tibi mune
ris elargite/ nec aliorum plus debito defectib⁹ per
turbatus iniquitati addendo iniquitatem alienis
sordibus polluaris ne dum cupis alios de pelago
liberare deterius ipse corruas in profundum.
¶ Septimumdecimum: vt cor tuum seruans om=
ni custodia/ solis spiritualib⁹ exercitiis deditum
nulle ibirerum visibilium imprimantur concupi=
scentie. ut creaturis omnibus alienum libere pos
sit uacare omnium creatori. ¶ Octauumdecimū
ut imaginem ac similitudinem maiestatis diuine
in cunctis hominibus considerans ita omnes di=
ligas intime caritatis affectu/ omniumq̄ et maxi
me infirmorum et indigentium curam geras/ dū
modo circa spiritualia tibi non fiat nocuia distra=
ctio/ sicut tenera mater diligit atq̄ curat unicum
filiū predilectum. ¶ Nonūdecimū: vt cōtinue mē
tem tuam ita hebeas ordinatam cum deo q̄ omne
opus tuum atq̄ exercitium tam mentis q̄z corporis
sit oratio. Omniaq̄ seruitia et maxime humiliora
cum tanto facias caritatis feruore ac si ea christo
corporaliter exhiberes quod certe debes veraci=

ter iudicare/quoniam ipſe dixit in euangelio. Qd
vni ex minimis meis feciſtis michi feciſtis. ¶ Vi-
ceſimum: vt honorem et reuerentiam omnibus tā
debitā q̃z deuotā nō ſolum maioribꝰ verūetiā mi-
noribꝰ tribuas/teq; ꝓpter chriſtū abnegādo oībꝰ
te ſubijcias. ſūmopereq; caueas/ne vnq̃z verbo fa-
cto vel geſtu fratrē ſcādaliſes. ¶ Viceſimūprimū
vt virtutes vel grās ſpirituales q̃s in te vel p̄te di-
uina miſericordia operari dignat̄/tribulationes ī
ſuper ꝑlia temptationes/virtutis ve ꝓpoſitū/vel
ſimilia ab omnibꝰ abſcondere ſtudeas q̃ztū potes
his tamen exceptis que confeſſori detegēda veni-
unt/niſi forte alicui bono vel ſpirituali amico ſpi-
ritualis vtilitatis gratia reuelares cuius conſiliū
ī huiuſmodi crederes tibi poſſe prodeſſe. ¶ Vice-
ſimum ſecundum vt ſolutus ab omnibus creaturis
tanto mentis conatu/deſiderijq; feruore circa tuū
creatorem intendas vt quaſi omnium inferiorum
oblitus/quicquid agas et vbicunq; ſteteris et qui-
buſcunq; negocijs impliceris die ac nocte et omni
momento et hora deum ſemper habeas ī memoria
credens et cogitans te eſſe veriſſime coram eo et ipſū
te diligenter aſpicere. ¶ Viceſimumtercium:
vt ſuper cuſtodia tua vigilans omni tēpore ab an-
tiqui hoſtis fraudibus te ſollicitudine cautiſſima
tuearis. Et tanq̃z paſſer ſolitariꝰ ſta in cella ne ſub-
tiliſſimis eius retibus inuoluaris a quibus libe-
rari poteris ſi humilis iſrael effectus continue hu-
militer et reuerenter videas et contempleris deū
¶ Viceſimnmquartum: vt inſtituti ſancti rigorē
infatigabiliter tenens ſacris ardoribus celeſtium

desideriorum succensus/mentis et corporis mun-
dicie pulchritudinē innocentie ⁊ puritatē/cōscien
tieq́ʒ teneritudinem cō seruans/cura diligētissima
caueas: ne vnq̄ʒ tependo ī aliq̄ resipiscas Ad quod
quidē diligenti⁹ ⁊ puri⁹ cōseruādū quotidiana di
scussione septies in die examines vitam tuā: vide-
licet ante vel immediate postq̄libet horā cano-
nicā cōsiderans ⁊ discutiens attentissime/qualiter
de hora in horam ambulaueris. Et quia nemo est
q̄ sic disciplinā ⁊ iusticiā obseruet/ vt nichil penitus
negligat vel omittat: ideo necessariū est ad penitē
tie lauacrum recurrēs/cum dolore et gemitu sepis
sime tue accusationi insistas. Et id quidem ītegre
veracit/et pure/sine omni velamine excusationis
occultationis vel paliationis ordinate tuo confes-
sori tanq̄ʒ deo vulnera detegas. ¶ Vicesimum
quintum: vt cum diuina gratia largiēte omnia be
nefeceris: te seruum inutilem/et peccatorem reco-
gnoscens: omni beneficio dei te reputes indignuʒ
Semper tamen robustissimam fidem tenēs/reple
tusq́ʒ diuina charitate fiducia magna sperans ab
ipso misericordissimo patre tibi misericordie vi-
scera aperiri: vt dum in fossam profunde humili-
tatis firmissima ieceris fidei fundamenta erexe-
risq́ʒ lucidissimos parietes cōtinue ac feruide cha
ritatis omnium virtutum picturis decoratos te-
ctumq́ʒ desiderate spei posueris gloriosum tan/
dem omnibus ordinate dispositis summus ille ce
lestis inhabitator dulcisq́ʒ hospes fideliū animarū
cuius delicie sunt esse cum filiis hominum tecū di
gnetur inhabitare per gratiam in presenti seculo

quousq; post terminum vite huius in celestis bea-
titudinis patria claritatem vultus eius cum omni
bus sanctis cernere merearis in iubilo· vbi erit sū-
ma felicitas et eterna beatitudo finis et comple-
mentum omnium desideriorum nostrorum.

Clereuaulx.

¶ Speculum discipline sancti Bonauenture ad
nouicios impressum Parisius per Johannē lam
bert pro Dyonisio roce commorante in vico sancti
Jacobi ad intersigniū diui Martini iuxta sanctū
benedictum.



